

T.

TABACUM, est Petum; nomen habet ab insula Tabago. B. *Tabak / toubak / bilzen-fruid van peru*. G. Indianisch-bein welle, Indianisch-wund-kraut, Heilich-wund-kraut, toback. Gall. *Tabac, Nicotiane, Herbe de la Reine, de l'Ambassadeur, Petum*. A. Tobacc.

TABELLA, est medicamentum internum, solidum, ex pulvere & triplo vel quadruplo sacchari, in liquore accommodato soluti, ad ipsam syrupi consistentiam cocti & supra lapidem marmoreum in orbiculos effusi, coactum. B. *Hoektjes* / vide *Morsuli*. G. Kuechlein, morsell. Gall. *Tablette*. A. A Morsel.

TABES, vide *Atrophia*.

TABES DORSALIS, ex spinali medulla præcipuè vere recentes sponfos & libidinosos corripit: hi ægri Febris sunt expertes, benè comedunt & colliquantur, quod si ita affectum percuncteris, asserent, sibi videri ex superioribus partibus à capite velut formicas in spinam demitti, cumque urinam aut stercus reddunt, semen genitale copiosum & liquidum eis effluit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum uxore dormiant, nec ne, veneris ludibria patiuntur. Cumque alias, tum præcipuè cum per locum arduum iter fecerunt aut cucurrerunt, anhelosi, & imbecilles evadunt, caput gravatur, & aures sonant. Sic temporis progressu vehementibus febribus correpti pereunt ex liphria febre. B. *Kugge tering*. G. Schwindfucht, ruecken darre. Gall. *Consumption*. A. A Consumption in the spinal marrow.

TABULA, vide *Tabella & Morsuli*.

TABUM, est sanies tenuis varii sæpè coloris, aliquando subsanguinei è malo ulcere exiens. B. *Watrig bloed*. G. Wæsserich blut, dicker oder zehar eyter. Gall. *Sanie*. A. Waterish blood.

TACAMAHACA, resina est, ex Hispania nova huc allata. Colligitur ex vulnerata arbore instar Populi proce-
ra, admodum odorata, cujus fructus rubet, pæoniæ semen æmulans. Resina autem colore accedit ad Galbanum, unguibus est albis, uti Ammoniacum, odorum ac saporem gravem refert, cutique tenaciter adhærescit.

TAC-

TACTUS, est sensus, quo tactiles quorumvis corporum tactilium qualitates, ex diverso motu nervorum, per totum corpus diffusorum, (& præcipuè eorum, qui ad digitorum apices tum manûs, & pedis, cutem transeuntes, retis in modum expanduntur, & suis villis prominentibus in theculis cuticulæ defenduntur, qui ut ibi copiosissimi ob accuratiorem sensum, sic alibi per totum corpus pauciores sic dispositi erunt) communi sensorio offeruntur, ibique percipiuntur; vel Tactus est rei tactæ, mediante cute, per nervos sensorio communi oblata, ibique perceptæ, sensus. B. *r* *Gevoel*. G. Das fuehlen. Gall. *Le Tact*, *l'Atouchement*. A. The sense of touching.

TENIE, sunt lumbrici lati, vide *Lumbrici*, ubi *Cucurbitini* vocantur.

TAGETES, planta est, cujus plures dantur species; habent caulem plus minusve altum, & crassum, nodosum, ramosum, plurimâ medullâ albâ repletum: folia Tanacetii foliis fatis similia, oblonga, acuta, in margine dentata, viridia, plura supra unam costam disposita terminatam per unum foliolum; odoris nec valdè gravis, nec grati: flores radiati, quorum scilicet discus ex plurimis flosculis multifariam incisus, corona verò ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus & calice monophyllo & tubulato comprehensis: Embryones autem deinde abeunt in semina longa, angulata, nigra, capitulo foliato instructa, & thalamo affixi: radix ex multis fibris tenuibus, & mollibus constat. Etymon vide in Tanacetum. Gall. *Oeillet d'Inde*.

TALPA, est tumor ita dictus, quod sicut talpa sub terra repit, hic sub cute cranium depascit dum sæpè materiam albam in se continet: referri potest ad species atheromatis. B. *Ein blind gezwel*. G. Eine blinde geschwulst. Gall. *La Taupe*. A. Mole tumour.

TALPARIA, idem quod *Talpa*.

TALUS, vide *Astragalus*.

TAMARINDUS seu **THAMARINDUS**, est arbor Fraxini aut juglandis, castaneæve amplitudine; Folia sunt solsequia, noctu se contrahentia, interdiu se explicantia, minutim incisa, vere formâ & virore ciceris arietini, palmi magnitudine: flores fert albos & odoratos mali aurantii floribus perquam similes, è quorum medio exeunt quatuor

tuor fila alba & tenuissima, ex quibus siliquæ crassæ pro-
ducuntur; primo virides, tandem maturæ cineritiæ, quæ
intus nonnulla femina crassa, rubentia, dura, & inæqua-
lia, lupinorum magnitudine, pulpamque nigram gustui
acidam, continent, per totam Indiam orientalem ferè. *Ta-
mar* Arabibus & *Tamar Indi* idem vult ac *Dactylus Indi*,
quamvis dactylum vel glandem non referat. Gr. *ὄξυδάκτυλον*
Palmula acida: fructus conditi ad nos vehuntur. B. *Ta-
marinde*. G. *Tamarinden*. Gall. *Tamarins*. A. The *Ta-
marind-tree*.

**TAMARISCUS, TAMARICE, TAMARIX, & A-
MARIX**, Est arbor mediocriter alta; cortex est asper, ex-
tùs griseus, intùs rubicundus: lignum est album: folia
sunt parva, longa, rotunda, tenuissima, cupressi foliis ferè
similia coloris viridis pallefcentis: calix est exiguus: flo-
res in summitate ramorum crescentes, exigui rosacei, pen-
tapetali, albi, & purpurei: ovarium est capsula oblonga,
membranacea, bivalvis, seminibus papposis & nigris ple-
na: radix crassa, lignosa, in multos ramos divisa: crescit
hæc arbor in regionibus calidis circa flumina, hujus fru-
cticis cortices in usu medico adhibentur, vi adstringendi
maximè pollentes: nomen ex Gr. factum volunt à *Μορiscω*,
preposita syllaba *τα*, & *υ* littera mutata in *α* *Tamarica*.
Lat. dum *Tamaricem* nominant, non aliud dicere viden-
tur quàm adstrictas & minimè luxuriantes aquarum divi-
tias; quæ è *Tammer-ryk*: amat enim loca aquosa. B. *Ta-
marisshboom*. G. *Tamarisshen-holtz*. Gall. *Tamaris*. A.
Tamarisk wood.

TAMUS vel **TANUS**, est vitis fylvestris seu *Bryonia*
species: est planta, quæ habet fermenta exigua sinè ce-
preolis serpentina, & plantas vicinas amplectentia: folia
caulibus longis adhærentia, & alternatim disposita, cyclo-
minis folia figura ferè referunt, coloris viridis splenden-
tis, saporis viscosi: flores ex alis foliorum erumpentes,
hexapetaloides, nudi, stellati, sex parvis staminibus præ-
diti, è latere interno flosculi enatis ad intermedia segmen-
torum, coloris flavi, viridescantis, aut pallidi: hi flores
sunt hermaphroditi; sed & sunt flores mares, absque ova-
rio nati simili modo in aliis plantæ locis: flores digerun-
tur in racemis: finis pedunculi sustinet ovarium, quæ
est bacca oblonga, ovata, pulposa, rubicunda, aut nigri-
cans,

cans, continens tubam longam, membranaceam, cylindricam, in fastigio trifidam, segmenta iterum bifida, incurva, villosa, fætam seminibus subrotundis: radix est magna, crassa, tuberosa, ferè rotunda, extùs nigra, intùs alba, profundè in terra depressa; dantur duæ species Tamni; Tamnus racemosa flore minore luteo pallecente, cui hæc descriptio inprimis convenit; altera Tamnus baccifera flore majori albo. Etymologiam non inveni. Ejus baccæ sunt rubicunde coccineo colore & uvæ Taminiæ dictæ: an à Minio? Vel an à *Tanus*, qui est in Peloponneso fluvius per Argiam fluens? Vel, an à monte Siciliae ejus nominis? B. *Wülden-wyngaart*. Gall. *Sceau de Notre Dame, ou Racine Vierge, ou Couleuvrée Sauvage*.

TANACETUM, est planta, quæ crescit ad altitudinem duorum vel trium pedum; caules sunt rotundi, radiati, medullosi: folia magna, longa, instar alarum extensa, & in margine dentata, coloris virido-flavescentis: flores sunt flosculosi, in summitate caulium crescentes & in capitulum quoddam congesti; coloris aurei splendentis, rarò albi, calice squammoso & quasi hemisphærico comprehensi: his succedunt semina parva, oblonga, per maturitatem nigra: radix longa, lignosa, divisa in multas fibras repentes: tota planta est odoris ingrati, & saporis amaricantis: dicunt esse corruptum nomen à voce *Tagetes*; vel derivant ab *Athanasia*, quasi immortalis, quia ejus flores longæ sunt durationis. Alii à tannaco, quo nomine Parthenium appellatum fuit. *Tagetes*, an à *ταγέω* primus sum, quia primas partes in Medicina habeat? B. *Worm-kraut / rein-baat*. G. *Reinfarn, wurm kraut*. Gall. *Tanéfie*. A. *Tanfey, Tanfie*.

TAPSUS BARBATUS, est *Verbascum*: putatur dici à voce *Taxus*, quia animal *Taxus* à serpentibus morsus illà plantâ se restituere potest, sic ergò dicitur quoddam Toxicis adversetur: & *Barbatus* à Lanugine. Vide *Phlomos*.

TARAXICUM, est *Dens Leonis*, sive cichoreum sylvestre: est planta, humilis, quæ ex radice habet folia erumpentia longa, mediocriter ampla, repentia, utroque margine profundis incisuris, veluti per lacinias, divisis, cichorei sylvestris æmula, sed læviora, cuspidata, saporis amaricantis: flos est semiflosculosus, plurimis scilicet semiflosculis constans embryoni insidentibus, & calyce com-

comprehensis; embryo autem abit deinde in semen pap-
pis instructum, in capitulum globosum collectum, & tha-
lamo affixum: radix in plures ramos divisa, minimi digi-
ti crassitie, tenues, lacteo succo turgentes, amaricantes:
hæc planta in omni parte habet succum amarum & la-
cteum, sed non tantum ac ipsum cichoreum: crescit ubi-
vis in campis, pratis, hortis, agrorum marginibus; à *ταράσσω*
αίρω altero, quia sanguinem alterat. B. *Paarde-bloe-
men/ hengste-bloemen/ papen-kruid/ kanker-bloe-
men/ honds-rozen/ schofst-bloemen*. G. Pfaffen-blat,
muench-kopff, korn-kraut, pfaffen-orlein, lewen-zahn.
Gall. *Pisse en Lict, Dent de Lyon*. A. Dande lyon, dent de
Lyon.

TARAXIS, est humorum oculi, ventriculi, aut alvi
perturbatio, à *ταράσσω* turbo.

TARSUS, est palpebrarum extremitas cartilaginosa, ex
qua pili erumpunt, est segmentum circuli cartilaginei po-
situm in extremo margine palpebrarum, ab angulo minori
seu temporali procedit usque ad angulum majorem, quem
non absolvit, finitur membrana tenuissima; à Latinis *Ci-
lium* dictum. Item octo ossa pedis posteriora, cratium
more ordinata. Gr. *ἄρθρον ῥυσοπέδου*. B. *Doeruoet*.
G. Die fusz biege, der riefz auf dem fusz. Gall. *Le devant
du pied, Tarfe, Le cou du Pied*. A. Instep.

TARTARUS, & TARTARUM, significat illum Sa-
lem, qui rubri vel albi coloris, vini dolis instar lapidis
accrescit; & verus sal essentialis plantæ est: sed & lacus
deducitur ad quodvis sabulum in rebus fermentantibus,
imò ad crassamentum sabulosum in corpore humano. B.
Wynsteen. G. Weinstein. Gall. *Tartre*.

TATURA, vide *Datura*.

TAXIS, sive reductio, est vox familiaris iis, qui Her-
nias restituunt.

TAXUS, est Arbor, quæ Abietem refert, lignum est
valde durum rubicundum; folia abietis foliis similia: flos
est amentaceus, plurimis nempe apicibus plerumque fun-
giformibus constans, sed sterilis; embryo autem deinde
abit in baccam concavam seu campaniformem, succi ple-
nam, & semine fatam: occurrunt quandoque & fructus
glandiformes, cupula scilicet donati, semen complecten-
tes: videtur derivari à *τοξικόν* venenum, quia est arbor
ve-

venenata, præsertim in Hispania : vel à τάρων ordine, quod folia ejus in ordinem sunt disposita. B. *Iben-boom*.

G. Eiben baum. Gall. *If*.

TECMARSIS, est morborum conjectura, cum ob intricatas causas, mira & anomala symptomata medicus morbi genium ignorat, adeoque de dignotione, prognosi & cura conjecturas suas probabilissimas format, à τεκμαίρεσι conjicio.

TELEPHIUM, idem ulcus est cum *Chironio*, ita à *Telepho* dicitur, qui tali ulcere longo tempore afflictus fuit.

TELEPHIUM, sive **CRASSULA**, aut **FABARIA**, est planta, quæ habet caules crassos, rotundos, politos, in parte inferiori rubicundos : folia Portulacæ foliis similia, sed majora, carnosâ, succulenta, plurima in margine leviter incisa : flores in summitate caulium crescunt in umbellas, sunt polypetali, rosacei, coloris flavi, pallidi : post florem sequitur fructus triangularis, femina serè rotunda includens : radix in plurima tubercula alba dividitur : hæc planta crescit in locis arenosis, & vocata sic fuit, quod ulceribus malignis & deploratis, quibus *Telephus* Mysiæ Rex ab Achille vulneratus confenuit, (quæ eam etiam ob rem *Telephia* dicuntur), auxilietur. B. *Smeer-wortel* / *hemel-steutel*. G. Wund-kraut, krauben-kraut, donner-bonen, fette henne. Gall. *Joubarbe des Vigneos*, *Orpin*, *Reprise*, *Grafette*, *Fève epaisse*. A. Orpyne.

TEMPERAMENTUM, est qualitas ex unione & mixtione elementorum, resultans. Vide *Crasis*.

TEMPERANTIA, sunt ea quæ acria prædominantia in corpore nostro immutando, diluendo, vel obtundendo temperant. Vide *Absorbentia*.

TEMPERATA, sunt, quæ nec nimis calida, nec nimis frigida sunt, nec suâ acrimoniâ nocere possunt.

TEMPERIES, idem quod *Crasis*.

TEMPORALIS MUSCULUS, Gr. *Κροταφίτιος* dictus. Nomen sortitur à situ, nam Temporum cavitatem occupat. Ejus exortus circularis est è temporum regione, pericranio obductus infra os jugale descendens, sensimque suis fibris veluti radiis coeuntibus ad centrum, attenuatus in tendinem brevem atque validissimum, maxillæ inferæ.

ferioris acuto processui inferitur, cui elevando est destinatus. Musculus hic levissimo negotio in varios ac multiplices secundum longitudinem, id est, à circumscriptio-
ne ad tendinum punctum vergentes findi potest. Secun-
dum latitudinem in duos sive biventrem; non solum re-
spectu intermediae tendinosae membranæ, sed & carnea-
rum fibrarum apparentiæ dividendus est. Horum enim
tendinosæ & motrices fibræ membranoso septo ab invicem
distinguuntur. B. *De slaap-spier.* G. Der schlaf mausz.
Gall. *Muscle Crotaphite, Muscle temporal.* A. The tem-
ples Muscle.

TEMPUS, Gr. *Κρόταφος*, est pars cranii lateris inter
oculos & aures media, ossis temporum magnitudine defi-
nita: in qua emplastra cephalica ad odontalgiam & cepha-
læam applicantur. B. *De slaap of slag van 't hooft.*
G. Die schlæfe. Gall. *La Tempe.* A. Temporal.

TENACULUM, idem quod *Forceps*.

TENDO, est musculorum continuata pars, coloris al-
bi, durior, tenuior, parti movendæ annexa, constans ex
fibris muscularibus hic tenuioribus & magis compactis
redditis, ac proin liquidum tenuius tantum admittentibus,
sunt igitur fibrarum hic ultimi fines, quæ cum nervis ori-
ginem suam, debere videntur, diætæ fuerunt *ἀπορροια*
id est, nervorum fines. Gr. *τίσις à τίσις*, tendere. B. *Span-
pees.* G. Eine sennader, spanader, die senne, das geæder
der fleisch mausz, haarwachs. Gall. *Tendon.* A. A tendon.

TENESMUS, **TENASMUS**, Gr. *Τενισμός & Τενασμός*,
est continua confidendi cupiditas, quâ tamen nihil præter
pauca cruenta, mucosa aut purulenta excernitur: aliquan-
do Vermes & præsertim Ascarides in causa sunt. Hic mor-
bus sæpè diuturnus esse solet, & in gravidis non raro
abortus est causa, *Tenesmus* dicitur *ἀπὸ τένεως*, id est con-
tentione & nisu, qui tum fit cum vehementi cupiditate
egerendi, & lassî crebrò exurgere coguntur. B. *Per sing/
krupinge / Drukkinge / waan-stoelgang / lang-eubel/
dwang tot stoelgang.* G. Das trucken oder treibende
noth des stuhlzwang, mit wenig wirckung. Gall. *Tenes-
me.* A. Idem. Lusitan. *Pucho.*

TENTA, idem quod *Mela*, vel quod *Turunda* aut *Pe-
nicillus*.

TENTIGO, idem quod *Priapismus*.

TENTIPELLUM, est Medicamentum, quod cutim explanat, rugatque, videtur ex *Tendere*, sive *Extendere*, & *Pellus*, sive *Cutis* derivari.

TEPHRION, est collyrii nomen.

TEREBELLUM, idem quod *Modiolus*.

TEREBINTHINA, in officinis duplex est *Veneta* & *Vulgaris*. *Veneta* quæ etiam dicitur *Chia*, & *Cypria*, est liquidiuscula, referens Balsamum, sive Oleum crassiusculum, colore ex albo flavescens, sapore acris, lenta, cutique tenaciter adhærens. (*Avicennæ* est *Gluten Albotin*.) *Paracelsus Lorcbet* appellat. Optima debet esse clara, pellucida, alba, vitrei coloris in cæruleum vergentis, acris & odorata. Venit ex *Chio*, *Lybia*, *Cypro*, *Ponto*, *Syria*, *Judæa*, *Arabia* &c. Ipius arbor non admodum procera est, multos emittit ramos, cujus folia instar *Fraxini* fere divisa sunt, & singuli nervi habent septem, novem vel plura folia, ut in *fraxino*, *rosis*, *sambuco* &c. videre est. *Terebinthina Vulgaris* depromitur ex *Larice* arbore, ideoque & *Laricea* appellatur, & ex aliis plurimis arboribus resiniferis, ut *Abiete*, *Pinu* &c. obtinetur; vulnerantur nempe hæ arbores terebra ad cor usque, sic exstillat *Terebinthina*. Hæc quanto priori similior, tanto quoque præstantior. Pollet viribus cum priori, ast non est adeo pellucida. Gr. *Τερεβινθίνη* & *Τερεβινθίνη*. An nomen à serpente, quod ejus corniculum in modum serpentis, contortum sit? B. *Τερπεντυν* / *termentyn*. G. *Terpentin*. Gall. *Terebenthine*. A. Idem.

TEREBRUM, vide *Modiolus*.

TEREDO sive **CARIES** ossis, vocatur & *Teredum*, Gr. *Παδαρθροκάκη*, & ab Arabibus, *Spina ventosa*. Idem quod *Caries Ossis*. B. *Bein-vzeter*. G. *Bein-fresser*. Gall. *Carie*, ou *Vermoullissure des Os*. A. *Worm-eating of Bones* or *Caries*.

TEREDUM, idem quod *Caries*.

TERENIABIN, vide *Manna*.

TERES RADII MUSCULUS, vide *Pronator Rotundus*.

TERETRUM, vide *Modiolus*.

TERGUM, vide *Dorsum*.

TERMINTHUS, est tumor in cruribus supra quem pustula nigra eminent, fructus terebinthini magnitudine. G. *Die braune blatter*, *hunds-blatter*. Hhh TER-

TERRA DAMNATA, idem quod *Terra Mortua*, & *Caput Mortuum*.

TERRA JAPONICA, vide *Catechu*.

TERRA MORTUA, quæ post destillationem, vel combustionem ignis aperti, dein diutinam elixiviationem residua, omnibus salibus oleis, & facultatibus efficacibus destituta. B. *Woode aarde*. G. *Todte erde*. Gall. *Terre Morte*. A. *Dead Earth*.

TERRÆ PANIS, vide *Cyclamen*.

TERRÆ TUBER, vide *Cyclamen*.

TERTIANA FEBRIS INTERMITTENS, est febris, quæ tertio quovis die (id est, uno tantum die vacuo inter duas exacerbationes) ægrum invadit, & detinet per 12. plerumque horas, tum planè remittit, & post diem liberum unicum rursus invadit: distinguitur à medicis in *Vernales* & *Autumnales*, quòd hæc diu durent & vix nisi arte curentur; illæ brevi & spontè cessent; suntque vel *Exquisite*, quæ modò per 12 horas ægrum detinent; vel *Nothæ* quæ per plures horas excurrunt. Gr. *Τετραίτη*. B. *De anderendaagse koorts*. G. *Dreitagiges fieber*. Gall. *Fievre Tierce*. A. *A Tertian Fever*.

TESSELLÆ, idem quod *Rotula* aut *Tabella*.

TESSERÆ, vide *Cuboides*.

TESTES MULIEBRES, dicuntur *Ovaria*. Vide *Orchis*.

TESTES VIRILES, sunt duo ovalia corpuscula Scrotulo inclusa, in quibus semen generatur: exterius variis tunicis obducuntur. *Colei* Cic. & *Mart. vasa* Plauto, *O exvri*, *Διδυμοι*, *Μεζα* Hesiodo, & *Μεδα* Hom. *O exvria* Ovidio Oppiano, *Poma Amoris* quibusdam. Vide *Orchis*. B. *Walden*. G. *Mænliche hoden*, *hœdlein*. Gall. *Testicules*. A. *Testicles*, *Stones*.

TESTES CEREBRI, sunt prominentiæ duæ posteriores cerebri ob similitudinem testes dictæ, propè glandulam pinealem, & adherentes duabus majoribus protuberantiis, quæ nates vocantur.

TESTICULUS, vide *Testis* & *Orchis*.

TESTICULUS VENEREUS, est, quando testis post contagiosam Venerem valdè intumescit, indurescit, non sine doloris sensu. B. *Zand-kloot*, *venus-kloot*. G. *Sand balle*, *venus-balle*, *venus hoden*. Gall. *Testicule Venerien*. A. *Swiling of the Stones*. T2.

TESTUDO CEREBRI, vide *Fornix*.

TESTUDO, est tumor magnus, mollis, vel non valde durus in capite, latiore forma in modum testudinis, à cuius similitudine accepit nomen, in principio in castaneæ, postea verò in formam ovi excrefcit, in quo mollis materia, tunicâ quâdam obducta, continetur, (undè ab authoribus ad Melicerides refertur) quæ calvaria ita inhæret, ut ipsam plerùmque vitiet, ipsique cariem inducat. B. Een schildpat gezwel. G. Ein schildkrœt geschwulst.

TETANUS, est convulsio sivè tensio ex Emprosthotono & Opisthotono composita, contractis utrinque musculis extensoribus, proin antagonitis in cervice, spina & artubus: ita ut corpus rigidum efficiatur & inflexile: quo ipso patet Tetanum esse Rigorem vehementem, qui à communi rigore vehementia differt & duratione; tum etiam quod alter ille febrilis Rigor plus affligat fibras in cute, seu panniculo carnosò. Tetanus verò musculos utrinque, ita tamen ut semper vel Emprosthotonus, vel Opisthotonus, nonnihil excedat. Aliquando quoque *Particularis* est, qui membrum quoddam, vel articulum privatam respicit, à *raiva* extendo. B. Kramp-trekinge / regt-spriggeid / spanning. G. Die halz starre. Gall. *Convulsions*. A. Constant Contraction.

TETARTÆUS, idem quod *Quartana*.

TETRADRACHMON, sunt quatuor uncia.

TETRAPHARMACUM, est Medicamentum ex quatuor ingredientibus constans, ut est unguentum Basilicum, ex *τρεῖς* quatuor, & *φάρμακον* medicamentum. Gall. *Onguent Basilic*.

TETROBOLON, est pondus quatuor drachmarum.

TEUCRIUM, est Arbuscula ut plurimum satis parva & humilis, aliquando ad hominis altitudinem crescens: caulis est minimi digiti crassitie, cortice albo obtectus, & in ramos albos divisus, quorum duo sibi invicem oppositi: folia oblonga aut obrotunda, in margine incisa, chamædrios foliis paulò majora, quæ verò virgularum fastigia ornant, ad Hormini folia quodammodo accedunt, nequaquam per ambitum incisa, & circa basin latiora, in acumen desinunt, saporis acrisculi, cum amarore non ingrato: flores sunt labiati, albi, calice albo comprehensi; his succedunt quatuor semina obrotunda: hæc planta

Hhh 2

sem-

semper est viridis, & crescit in regionibus calidis, ut in Italia circa mare: alius *Chamædryis*: ita à Græcis pariter ac Latinis, quòd Teucer Ajacis frater hanc herbam invenit; cum exta in sacrificio super eam projecta fuissent, lieni adhæsit, eumque exinanivit; proinde quod casus ostenderat, observatumque à Teucro fuit, ad æternum humani beneficii decus & famam illa accrevit. B. G. & A. *Gamandeclin.*

TEUTLON, Gr. Τεύτλιον σεύτλον, est beta, à σείω conclusio, agito, ab impulsu nempe, quod facile excrescat. Vide *Beta.*

THALAMI NERVORUM OPTICORUM, sunt 2. protuberantiæ magnæ in Cerebro, supra quas nervi optici decurrunt, & ab iis tanquam Thalamis sustententur. Gall. *Les Couches des Nerfs Optiques.*

THALICTRUM seu THALIETRUM: est planta, quæ habet caules ad hominis altitudinem crescentes, rigidos, striatos, ramosos, quasi angulosos, intus excavatos, coloris ut plurimum rubicundi purpurascens, & aliquando viridis: flos est rosaceus, plurimis scilicet petalis in orbem positis constans, ex cuius medullio surgit numerosa staminum congeries pistillum cingens, quod deinde abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur, capsulæ modò alatae, modò alis carentes: seminibus sætæ singularibus, ut plurimum oblongis: radix fibrosa est, repens, coloris flavescens, saporis amaricantis, ingrati: dictum volunt ἀπὸ τοῦ θάλλειν virere, quod dum germina protrudit, eleganter vireat: tamen ita non est, cum sint puniceæ purpurei coloris. Fortè sic dictum, quod folia, cum primum expanduntur, ac præsertim minora eleganter vireant. Verisimilius dicitur ἀπὸ τοῦ θάλλειν vel θάλας furculo, ramulo, καὶ ἕτερον geniculo, quod cauliculos seu furculos geniculatos proferat. B. *Water-ruit / poel-ruit / valsche-rhabarber.* G. Wiesen raute. A. Bastard rubard, meadow-rue.

THAMAR, Arabibus *Dactylum*, palmæ arboris fructum significat; undè confectio quædam *Diathamaron*, corruptè *Diacamaron*.

THAMARINDUS, vide *Tamarindus*.

THAMNOS, *Thamnion*, *Thamniscos*, *Thamnoides*, est *Frutex*; videtur dici, quasi creber ramis, à θαμνιόος, creber & quasi densus.

THAP.

THAPSIA, est planta Ferulæ similis, foliis tenuiter dissectis: flos est rosaceus & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, in orbem politis, & calici insidentibus: is autem abit in fructum, ex duobus seminibus compositum, longis, striatis, ala cinctis amplissima, foliacea, utrinque introrsum plerumque emarginata: in usu medico adhibetur radix, quæ violenter purgat. Vocatur à Thapsò insula, in qua primum creditur inventa. Gall. *Tapsie, ou Turbith batard.* A. Deadly Carrots.

THAPSUS, vide *Tapsus Barbatus*.

THEE, Frutex est Chinentibus, Japonensibus, & Tartaris indigena; dicitur & *Chà* vel *Chià*. Folliculum amygdali foliis ferè similem, obscure viridem profert. Estque virgultum quod in ramulos varios aut virgulas sese diffundit. Flores fert Citti feminae & Gossipii mediam faciem referentis, quinis foliolis albicantibus aut pallidis constantes, staminulis multis medium florem occupantibus. His demùm succedunt fructus, dum adhuc vigent, ut ferunt, virides, resiccati autem cortice magis rugoso, ex spacideo fusco vestiti; Figura sæpè globosa est, magnitudine globuli lusorii, semen tantum unicum continentis: Alii contra geminati, sive in duos oculos seu scrotum caninum dispersiti: Alii verò trigoni, & tria semina continent. Folia porro hujus fruticis colligunt, & ignis calore in sartaginibus resiccant, quæ postea, urgente siti, aquæ fervidæ injiciuntur, quorum tinctura tunc ex vasculis myrrhinis sorbillando ebibitur: Folia masticata leviter astringunt, & non ingratum saporem reliquunt. B. & Gall. *Thé*.

THELYGONOS, sic dicuntur plantæ, quæ sunt ex feminino sexu. Gr. *Θήλυς* est femineus, & *γένη* soboles, generatio.

THELYPTERIS, vide *Filix*.

THENAR, est unus ex musculis pollicem abducentibus, qui oritur à ligamento annulari, & inseritur in totam superficiem primæ phalangæ, & parti superiori secundæ. *Thenar* quoque habetur pro cavitate omni interiore manuum & pedum, quæ dicitur *Vola*: item pro *Planta*: suntque carnolæ portiones sub digitis manuum & pedum, sed strictè sumitur pro *Vola Manus*, sive *Palma*. B. *The hand-palm*. G. *Die flache hand*. Gall. *Le Thenar, ou la*

Paume de la main, ou la Plante du pied. A. The palme of the hand.

THEODORETOS, quod & *Διαδοκιδης* vocatur, est Antidotus, ad frigidas capitis affectiones.

THEOPHILION, est collyrium quoddam.

THEOPHRASTICI, sunt Sectatores *Paracelsi*.

THEOREMA, vide *Theoria*.

THEORETICA, vide *Theoria*.

THEORIA, est pars Medicinæ, quæ ratiocinando agit de fabrica partium corporis humani, tam solidarum, quam fluidarum; de earum naturali constitutione, usibus vel publicis vel privatis, effectibusque solidorum in fluida, horumque in illa, juxta regulas quasdam in aliis scientiis demonstratas, & huc assumptas, uti hæ scientiæ imprimis spectant huc Mechanica, Chemia, & Anatomia, à *πραξι* contemtor, undè Theorema, quod est speculatio: & Theoretica, quæ ad Medicinam speculativam pertinent. B. *Wespiegelende deel der medicynen.* Gall. *Theorie*.

THERAPEUTICA, est pars Medicinæ, quæ materiam medicam instruit ex variis medicinis, vario tempore & observatione notatis, quarum quoque ritam præparandi methodum, ut scopo proposito satisficiant, edocet: diætæ observandæ regulas tradit: Tandemque veram medendi methodum, sive manuum operam, sive remedia pharmaceutica requirat, à *θεραπευω* sano. B. *Genezende deel der medicynen.*

THERENIABIN, sive Tereniabin, est Manna orientalis; quæ *Drosomeli* & *Aëromeli* Gr. dicitur. Gall. *Manne liquide*.

THERIACA, est medicamentum venenum expellens, à *θηρ* fera, quia ferarum moribus medetur: vel quia viperinæ carnes ejus compositionem ingrediuntur; ab *ἀνίο* sano. B. *Θιακηλ.* G. Theriac. Gall. *Theriaque*, *Antidote*. A. Treacle.

THERIOMA, est ulcus ferum, carcinomati simile, à *θηρ* in ferinam indolem degenero.

THERMÆ, sunt balnea, vide *Balaneum*, à *θερμαινω* calefacio.

THERMANTICA, sunt Medicamenta calefacientia, à *θερμαινω* calefacio.

THERMINTHUS, vide *Terminthus*.

THER-

THERMOMETRON, est calor debitus qui ex pulsibus deprehenditur, à *θερμότης* calefactio, & *μετρεῖν* motus. B. Vulgo **De naturlijcke warmte**. G. Die naturliche hitze. Gall. *Chaleur naturelle*. A. Natural heat. Est etiam fistula vitrea cum vitreo globo, vini spiritu plena, qui calore & frigore rarefactus vel condensatus, gradus quoque eorum docet, hinc utilissima est machina in calore februm ardentium &c. dimetiendo. B. **Ein weer-glas**. G. Ein weiter-glasz. Gall. *Termometre*. A. Idem.

THLAPSI, est planta, quæ habet caules rotundos, ramosos, villosos: folia habentes sine pediculis, instar minimi digiti longa, ad basin ampla, & sensim ad apicem acuta facta, dentata, coloris viridis, saporis acris: flores sunt exigui, albi, Burfam Pastoris referentes, cruciformes, quatuor scilicet petalis constantes: post florem sequitur fructus, seu capsula feminalis orbiculata, compressa, ora periumque foliacea & suprema fissa, in duo loculamenta divisa septo intermedio, respectu valvarum, ad perpendiculum obliquè posito; seminibus facta parvis, oblongis, compressis, rufis, saporis acris & fervidi: radix est latis crassa, & fibrosa, lignosa, alba, aliquantulum acris: hæc planta creescit in locis desertis. Gr. *Θλαψιδιον*, *Σινπι Αγγριον*. item *Capsella* & *Scandulaceum*. Sunt hujus temporis Herbarii qui *Nasturtium Tectorum*, & *Sinapi Rulicum*, quod digitis fricatum sinapim suboleat, appellant. Alii *Burjam Pastoris* vocant, non sanè quod sit vera ejus herbæ species, sed quod ad formam illius quamproxime accedat. Propriè est nasturtii species. Græci à fructus forma dictum volunt, qui nasturtio similis est, sed latior velut infractus & contusus. *Θλαψιδιον* enim iis contundi est & infringi, infringendoque, quod globosum tumidumve erat malleo, lapide, pedeve cum dilatazione exaquare.

THLIPSIS, est vasorum compressio, à causa externa, quæ eorum interna cavitas tollitur, ac proin liquidi transmittendi fluxus impeditur, à *θλιβω* comprimo.

THOLUS DIOCLETIS, est fasciarum species, quæ vulneribus circa aurium regiones applicatur. B. *Sluite balke zwagtel / ooz zwagtel*. Gall. *Tolus de Dioclete*.

THORA, est Napelli species: dicitur & Phthora, Vide *Phthora*.

THORACICA, sunt medicamenta adversus pectoris mala.

THORAX, sive medius venter, est totum id, quod circumscribitur superiore parte, à claviculis; inferiore, à Diaphragmate; parte antica, sterno; postica, ab ossibus dorsii; lateribus à costis; ovalis figura est, continet cor, & pulmones, intus membranâ pleurâ circumtenditur; ab Hipp. & Aristotel. pro thorace sumebatur totum id quod à claviculis, ad pudenda usque excurrit, hoc est, medius & infimus venter, à *θώρα* falio, quia in eo cor continuo salit. B. *De boystholligeid.* G. Die ganzte bruft. Gall. *La Poitrine.* A. The bulke, breast.

THOREXIS, est vini generosioris potus, pectus calefaciens & quasi loricis circumdans, à *θωρίξω* lorico.

THROMBUS, est sanguinis, aut lactis in grumos coagulatio, à *θρομβώω* grumefco. B. *Geronne bloed.* G. Geronnen blut. Gall. *Grumeaux de sang, ou sang caillé* vel *Coagulé.* A. Clodded boud.

THRYALLIS, est Verbasci species, ex quo Elychnia solebant fieri. *Θρυαλλίς* enim est Elychnion, à *θῆνω* & *ἀλλομαι*: quòd *Caleat* & *Surgat*: quod convenit Elychnio accenso.

THUS, sive OLIBANUM, Gr. *λίβανος* & *λιβανωτός*. Resina est duriuscula, obscure pellucida, profluens ex arbore Arabica, quæ, ut ajunt, lentiscum appositè refert, quod tamen incertum. Genera thuris traduntur duo, *Masculinum* sc. quod propriè *Olibanum* vocatur, seu *Melax*, Arab. *Melafon*: & *Fæmininum*. *Masculinum* ex albo flavescit, & testiculorum instar rotundum est, guttarumque formam referens, candidum intus & pingue: *Fæmininum* magis resinofum est ac molle, citò ardens & flavum. Præfertur *Masculinum*, ut quod ex arboribus montanis colligitur. *Cortex* etiam in usu est, debet esse crassus, pinguis, odoratus, recens, minimè scaber. *Manna Thuris*, sunt micæ fragmenta, pollen ac farina *Thuris*, quæ ex collisione, dum in faccis vehitur, colliguntur. Dicitur *Tus*, à tuis glebis: sed potius à græco verbo *θύω* sacrificio nomen habere videtur, quod Veteres *Thure* sacrificabant & supplicabant. Gr. *λίβανος* καὶ *δενδρολίβανος*: quemadmodum lachryma *λιβανωτός*, quæ Hippocrati *λιβανωτὴ καρπός* dicitur, *λίβανος* à *λίβω* stillo: licet Græci *fabulen-*

lentur à Juvene Assyrio hujus nominis, quòd Deos studiosè coleret, ab invidis occiso & in hunc fruticem converso dici: hinc Diis Thure gratius nihil esse. B. *Die-rook*. G. Weyrauch. Gall. *De L'Encens*. A. Frankincense. Arab. *Lovan*, *Conder*, *Thus* vel *Tus* oriri putent à tundendo.

THYMA, idem quod *Ethyma*.

THYMBRA, est herba aromatica, fortè *από τοῦ θεῶν* *Odores Accendere*, idque ob fragrantiam: vel à *Thymus* ob similem fortè odorem.

THYMELÆA, est Arbuscula, cujus truncus sæpe instar pollicis crassus est, plures habens virgulas vel ramos sesquipedem circiter longos, pulchros, rectos, foliis Lini foliis ferè similibus instructos, sed majoribus, latioribus, semper viridibus, viscoli quidquam, si dentibus atterantur, præbentibus: flos monopetalus, utcunque infundibuliformis, quadrifidus: ovarium in centro floris fit fructus ovatus, succi plenus, fætus semine oblongo, habente pelliculam nigram, splendens, fragilem, sub qua invenitur medulla alba fervidi saporis: radix longa, crassa, dura, lignosa, externè grisea, aut rubicunda, internè alba; in initio dulcis, sed postea acris & caustica: hæc planta crescit in locis incultis: quibusdam *Chamelæa*: dictam volunt quasi Tithymelæam, ex tithymali & olea mixta facie. Sed malunt alii nomen esse compositum, ex Thymo & olea: at Thymum non olet, neque eam, ut Thymum, confectantur apes, dicitur potius quod olea fert folia, & tithymali instar alvum solvat: vel quòd foliis sit oleaceis, angustis, admodum viscidis, pinguibus, inter Tithymalum, Cyparissium & Paralium. Gall. *Garou*.

THYMIAMA, idem quod *Suffitus*.

THYMION; est verruca minor super corpus in cute eminens, ut *Acrochordon*, tenuis, supra latior, subdura & in summo aspera. Idque summum colorem thymi præsentat floris, à quo denominatur, habet magnitudinem sabæ Ægyptiacæ. Modò unum, modò plures nascuntur in palmis, talis & plantis pedum: pessima sunt in obscuris locis, maximè ubi sanguinem fundunt.

THYMUM, THYMUS, est planta, quæ habet caulem tenuem, lignosum, album: folia parva, opposita, tenuia, angusta, albescentia, vel virido obscura, saporis acris: flo-

res sunt in capitula collecti, minimi, purpurei, galea surrecta plerumque bifida, barba tripartita: semina quatuor obrotunda his succedunt in capsula, quæ floris calix fuit, inclusa: ab odore, etiam dici videtur à *θύω* suffio: quod eo Veieres primum usi sint in sacris, quæ accenso igne fiebant, vel à *θυμός* animus, quia ejus odor corroborat: quodque iis adhibitur, qui animi deliquium patiuntur B. *Thym.* Gall. *Thym.*

THYMUS, est tuberculum p. n. carnosum, quod supra corpus instar verrucæ eminet, florem thymi referens: unde ei nomen impositum est. Item est glandula conglomerata, sita in superiori parte Thoracis, antè immediatè sub jugulo, & extensa secundum longitudinem aortæ & venæ cavæ inferioris usque ad pericardium, quæ, quo animal est magis juvenile, eo major est, secernit lympham à sanguine, quam per peculiare ductus pulmonum vesiculis pro obliniendo infundit. B. *De hertst. hert.* G. Brust drue, sen. Gall. *Thyme.* A. The breast glandule.

THYROARYTÆNOIDES, est pars musculorum, ortum habens à cartilagine scutiformi, antè in latera Arytænoïdis conscendens, laryngis rimulam astringit, ex *θύω* scutum, à *ἀρύω* aërem haurio, à *ἀρύω* aperio, & *ἀρύω* forma. Gall. *Muscles Thyro Arytænoïdiens.*

THYROIDÆÆ GLANDULÆ, sunt numero duæ, substantiam habent viscidam, solidam, sanguineam, vasis omnis generis communibus, membranæque duriore mirè persulam, ovi gallinacii ferè magnitudinis atque figuræ, sitæ circa laryngis sedem humiliorem, ad latera cartilagini, thoracis, cricoidis, primorumque aliquot annulorum asperæ arteriæ, quibus partibus immediatè incumbunt, ita tamen ut facillimè ab iis separentur, nisi, ubi pertinacius adhæreant circa principium & finem; per ductus peculiare intra asperam arteriam suam oblinentem humectantemque liquorem effundentes. Gall. *les Glandes Thyroïdiennes.*

THYROIDES, est *Scutiformis* seu *Clypealis Cartilago*, laryngis omnium maxima, & antice in collo prominens. Item foramen ossis pubis, ex *θύω* scutum, & *ἀρύω* forma. B. *Hert schilt-gelyke kraakbeen.* G. Das schildgleiche knorpelbein. Gall. *Le Cartilage Thyroïde.* A. Shield like gristle.

THYRSUS, est caulis, idque nomen sibi vendicavit, quòd virgulæ in modum, vel teli in rectitudinem assurgat.

TIBIÆ OS, Gr. *Κνήμη*, est pars inter genu & talum : ossibus duobus constat ; unum exterius quod *Focile Minus*, alterum interius & majus, totius nomine donatur & *Tibia* dicitur, *Κνήμη* aliis *Focile Majus*, *Canna Major* &c. superius processum habet à femoris cavitate exceptum, & sinus binos oblongos, pro femoris capitibus, quorum finuum profunditatem auget annexa per ligamenta cartilago, mobilis, mollis, lubrica & humore unctuosò delibuta, in ambitu crassa, centrum versùs attenuata, undè lunata dicitur, antèrius aspera veniunt ligamenta, quæ cartilagine lunares augent. Anterior pars acuta & longa, spina dicitur inferius, adest processus ex interno latere gibbus & prominens juxta pedem, diciturque malleolus internus. Anterior pars *Crea* & *Ocrea* quibusdam dicitur. **B. Het scheen-been.** G. Das schein-bein. Gall. *Le Tibia*, un des os de la Jambe. A. A Shin, Shin-bone.

TIBIÆUS MUSCULUS, idem quod *Tibialis Musculus*.

TIBIALIS MUSCULUS, *Anticus* dicitur & *Posticus*. *Primus* flectit pedem antrorsum. Tibiæ fibulæque ex parte ossis superiori extremitati alligatus, tibiæque involucro lateris exterioris affixus, sub annulari pedis ligamento protractus tarfi ossis pollicis subjecto ligamentaceo ligamento, ut plurimum adhæret, bifido namque nonnunquam tendine metatarsi, ut & innominato pedis ossi affigitur ; inferior hic tendo ubi sub extimo fibrarum fasciculo, officulum abscondit minusculum, Sefamoideum appellatum. Alter, sive *Posticus*, Tibiæ fibulæque ossa interlocatus horumque involucris, ubi dehiscunt, penniformiter sive radiatim affixus, juxta interioris malleoli posteriora, tendinem tarfi ossis, quod tesseræ conterminum est, ligamentaceo integumento inseritur : atque hic inter obliquè moventes & adductores & ab aliis inter extensores numeratur. **B. Scheen-spiere.** G. Der schien mausz. Gall. *Le jambier antérieur & postérieur*, *Muscles de la Jambe*. A. The Shin Muscle.

TIGILLUM, idem quod *Crucibulum*.

TINCTURA, seu **ELIXIR**, est Coloris, qualitatis & virium alicujus rei, mediante convenienti menstruo, extractio.

tractio. B. *Derffel / asberffel / uittrehsel*. G. Die farbe, färbung, ein tinctur. Gall. *Teinture*. A. A Tincture.

TINEA, est scabies capitis, cutem erodens cum squamis & crustis, pilorumque evulsionem, colore cineritio; odore fetido, orta ab acrimonia sanguinis in glandulis subcutaneis hærente, Triplex ejus datur species 1. squammosa, dum enim scalpitur multas furfuraceas squammas de se remittit. 2. ficosâ dum hæc crustâ suâ flavâ denudatur, apparent vivæ rubræque carnis grana ficuum interioribus granis similia cruentam materiem ex se emittentia. 3. est Achor, quem vid. supr. morbus hic infantes, sed plerumque adultiores invadit: dicitur *Tinea* quia haud raro in eo latent vermiculi copiosi, vel pediculi, vel quia proserpit erodendo ut *Tinea* in vestibus. B. *Quaad 3er / drooge schurft*. G. Eine schabe, motte, kinder wurmer im leib. Gall. *Tigne*.

TINEARIA, dicitur etiam Ageratum, & *Stichas citrina*, ita vocatur, quod ejus flores, vestes cistis asservatas, à *Tineis* arceat, conservetque.

TINUS, **TINNUS** & **TYNNUS**, est Arbuscula, quæ habet virgas longas, quadratas, ramosas: folia magna, ampla, bina, juxta ramos sibi invicem opposita, nigra, splendens, aliquantulum lanuginosa, semper virentia, inodora, saporis amari cum aliqua adstrictione: caliculus est geminus, inferior trifidus, superior quinquefidus, uterque monophyllus: flos est monopetalus, rotatus, quinquefidus, infra breviter tubulatus, quinque staminibus ex pariete interno tubuli floris ortis: ovarium in fundo calicis, tubâ longâ, triquetrâ, scabrâ instructum, fit fructus olivæ similis, umbilicatus, fætus semine unico pyriformi: hæc Arbuscula crescit in locis saxosis. Est *Laurus sylvestris*: Gr. *Δάφνη Ἀγρία*. Gall. *Laurier-tain*.

TINNITUS AURIUM, sive **SIBILUS**, est susurrus quidam aurium, ab obstructione arteriarum membranarum tympani perreptantium, vel re intus vel extus aurem irritante, quâ aër in auris cavo ab arteriis pulsantibus continuo movetur & tympanum leviter verberatur, unde susurrus & bombus producitur. B. *Kuischinge in het ooz / oozruiting / oozsuiffing*. G. Das fausen, und brausen, das klingen der ohren. Gall. *Bruit dans l'Oreille*, *Tintement*. A. The noise of the ears in Ohren.

TINTINABULUM TERRÆ, est Pyrola, dictum a floribus ejus Tintinabulo similibus.

TIPHA, vide *Typha*.

TITHYMALUS, est planta, quæ habet unum pluresve caules, sesquipedem altos, rotundos, minimi digiti crassitie; folia dura, oblonga. Amygdali minora: ex summitate ramorum nascuntur ramusculi gerentes flores nigros, monopetalos, campaniformes, globosos, multifidos, & duobus foliolis cinctos, quæ calicis vice fungi videntur: flori succedit fructus exiguus, trigonus, & in tria loculamenta, singula unicum semen oblongum continentia, divisus: radix dura, lignosa, lacte acri, mordicante turgidula; ubique ferè sat copiosè provenit in locis aridis, incultis, sterilibus, *Lactaria*, *Lactuca Caprina*, à τῆθῆς mamma, quia lac fundit & μολακῆς tener, quasi tenera Mamma; vocatur etiam Characias Dioscoridi id est vallaris à χαρακίω vallo, dicitur & Euphorbia, & Esula major, vid. Esula. B. Grootte spurge / grootte wolfs-melk / grootte duisbets-melk. Gall. *Titmale*. A. Graat Spurge.

TITHYMELEA, idem quod *Tymelæa*.

TITILLATIO, est in voluptatis sensu gradus, propè dolorem proximus: nam ut voluptatem percipiamus, cum organum sensus ita concutitur, vires uti sint ad resistendum majores: ita, si concussio fiat aliquantulum major, minor verò vis, quæ resistat, oritur *Titillationis Sensus*, qui cum habet aliquam conjunctam molestiam, proximè ad dolorem gradum struit, quare ad morbos referri debet: solet autem maximè sentiri in latere, & sub planta pedum, ubi nudissimi jacent nervi, & in iis, quibus cutis tenera est, & non affuevere titillationi. Gr. Γάγγλιον. B. *Nitzlinge*. G. Das kuetzeln. Gall. *Chatouillement*. A. Tickling.

TOETICA, idem quod *Attenuantia*.

TOMENTUM, Latinis omne id quod culcitrae ad molliorem & calidiorè quietem infarcitur, dicitur, sive id lana sit sive pluma, sive quod voluerit aliquis, excipiendis molliter & fovendis calore corporibus nostris aptum. Sic dictantia folia, quod mollia videntur esse, tomentitia & lanæ dicuntur, hoc est γναφλοειδῆ: ita ex graminis Eriophori lanuginosis summitatibus anaclintaria seu culcitrae fiunt. Gall. *Duvet*.

To-

TOMICIDENTES, vide *Dentes*.

TOMOTOCIA, idem quod *Hysterotomia*, ex τήρησι se-
co, & τόνος partus, à τίντω pario.

TONICA, sunt quæ membris foris illinita, nervis &
tendinibus robor conciliant, à τείνω porrigo, tendo.

TONICUS, idem quod *Tetanus*.

TONOTICA, idem quod *Tonica*.

TONSILLÆ, vide *Paristhymia* & *Antias*.

TOPASIVS, idem quod *Chrysolithus*.

TOPHUS, Gr. πῶγος, est concretio quædam lapidosa,
seu gypsea, calci non absimilis, in quacunq; parte, præ-
sertim ossibus, excitata. B. *Kalk-builen* / *kalk-knob-*
belg.

TOPIARIUM, opus est, quod ex arbore, frutice vel
herba ad decorem componitur in testudines aut cameras
fornicatum. Hinc *Topiaria* dici merentur arbores vel her-
bæ, quæ nimirum huic operi, quod flexiles sunt, ac suo
lentore sequaces, accommodantur.

TOPICA, sunt medicamenta externa, quæ medentur
singulari corporis parti, actione quâdam illi parti propria,
v. gr. Emplastra vulneribus; Epicarpia febribus; &c. à
τόπος locus. B. *Plaats middelen*. G. *Platz-mittel*. Gall.
Remedes Topiques. A. A *Topike*.

TOPINARIA, idem quod *Talpa*.

TORCULAR, vel **TORCULUM**, est prælum, quo
olea vel succi exprimuntur. B. *Gen pers.* G. *Eine kelter,*
pressè. Gall. *Un pressoir*. A. *Press.*

TORCULAR, est instrumentum, quod chorda duo-
bus bacillis, circumagitur, in extirpandis membris, ut va-
sa sanguinea constringantur. B. *Œæjer*. G. *Ein crott, ein*
drehloch. Gall. *Un Tourniquet*. A. A *pressè*.

TORCULAR HEROPHILI, est ille locus ubi qua-
tuor sinus crassæ meningis cerebri junguntur. B. *Œ-*
pers van Herophilus / *herffen persbak*. G. *Die pres-*
ze von Herophilus. Gall. *Le Pressoir d'Herophile*. A. *Press*
of *Herophil*.

TORDYLIUM, est *Seseli creticum*, sive planta, quæ
habet caulem pedem circiter altum, striatum, villosum:
folia sunt oblonga, obrotunda, aspera, villosa, dentata,
plura uni costæ adnata & disposita: flos est rosaceus &
umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus,
cor-

cordiformibus, in orbem positus, & calici infidentibus: is autem abit in fructum ferè orbicularem, ex duobus seminibus compositum, planis, margine elato, ut plurimum denticulato, involucrium facile deponentibus: radix tenuis, lignescens, alba, simplex & annua: nomen ei impositum, quòd semen ferat copiosum, circinatum, quasi Torumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valvulis conflatum, clypeoli speciem referens, dicitur etiam *Torgylium*, *Tordilium* & *Tordylon*. A. Heartwort.

TORI, sunt in vegetabilibus prominentes partium calli & in se pulparum modo collecti; Gr. *κορύμβη* vocant. Hinc *κορυμβώδης*, id est, torosus, quod idem Latinis est ac nodi formam præ se ferens.

TORMENTILLA, Gr. *ἑπταφύλλον*, sive SEPTIFOLIUM, quia ejus folia ex septem constant incisuris, sic dictam volunt, quod tormentum cruciatumque dentium savissimum placet, atque venenatarum quarundam rerum comescat furorem, & cruciatum. B. *Zerri-blad*. G. Birck wurtz, roth-heilwurtz, roth-guntzel, blad-wurtz, ruhr wurtz. Gall. *Tormentille*. A. Tormentill.

TORMINA, vide *Dysenteria*.

TORMINA ALVI, idem quod *Colica Passio*.

TORMINA HYSTERICA, sunt hystericae *Passiones*, vide *Hysterica Passio*.

TORMINA INFANTIUM, sunt dolores infantium ventris.

TORMINA POST PARTUM, sunt dolores, quos puerperæ post partum patiuntur, quando nempe lochia ritè non procedunt, vel adhuc qui torminibus partus sunt nonnunquam planè similes; post laboriosissimos parus etiam sæpè dolores aliqui remanent. B. *Nachweh*. G. Nachwehe. Gall. *Douleurs apres l'Accouchement, ou l'Enfantement*. A. Pangs, or throwes af r Child bearing.

TORREFACTIO, idem quod *Tostio*.

TOSTIO, est actio quâ medicamenta igne torrentur, ut vires mutentur, uti fit in tollit ne Rhabarbari, quod cum ante fuerit purgans, nunc fit adstringens; torrentur quoque turundæ nonnullæ; quæ orificiis ulcerum ad dilatandum intruduntur, ut sic toitione imminutæ, per aluentia ulceris liquida tumere eo plus possint.

TOXI-

TOXICA, sunt Medicamenta venenata, quibus Barbarorum sagittæ illiniebantur.

TRACHEA, idem quod *Aspera Arteria*.

TRACHELAGRA, est Arthritis cervicis.

TRACHELIUM, est Campanulæ species: Lat. *Cervicaria* fortè dictum, quòd cervicis & colli malis medetur. Gr. *τραχηλῶς* est collum. B. *Hals-kruid*. G. *Halskraut*. Gall. *Gantelet*, *Ganteletz*. A. Throat wort.

TRACHOMA, est, quando palpebræ invertuntur, densiores & inæquales factæ; vel cum asperitate etiam rubent cum pruritu & pustulis, intar milii granorum; vel cum inveterato malo, insuper à parte interiore exulcerantur cum fissuris & callis, à *τραχάβια* aspero. B. *Kouwe oog-scheelen*. Gall. *Dartre des Paupieres*.

TRACHOMATICUM, est Collyrii species, quæ olim in usu erat.

TRAGACANTHA, seu **TRAGACANTHUM**, est Gummi fruticis ejusdem nominis pellucidum, album, subdulce, leve ac sincerum, in granis plerùmque fragmentivè contortis: ejus frutex pumila admodum est, habetque ramos lanuginosos, spinisque instructos, rigidos, firmos; lentis ferè folia & pallida, pinnata, velut conjugata, costæ adhærentia, abeuntia in mucronem albescentem: flos est papilionaceus, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit insiliquam secundum longitudinem divisam, bicapsularem, brevem & quasi ovatam, continentem semina reniformia. Frutex hirsuta est, unde nomen, *τραχύς* Hircus, & *ἀκανθα* spina, hic dicitur *Spina Hirci*. Gall. *Barbe-Renard*, ou *Epine de Bouc*. Exudat hoc gummi radice incisa, vel ut alii volunt, sponte suâ. Præstat pellucens, gracilis, levis, sincera & subdulcis. B. **Tragant**. G. *Tragant*. Gall. *Gomme Adragant*. A. Gum-Dracant, tragacanth.

TRAGANOS, & **TRAGOS**, est uva marina: à *τραγῶνα* comedo: quia fructum edilem fert.

TRAGOPOGON, est planta, quæ habet caulem sesquipedem circiter altum, rotundum, solidum, in plures ramos divisum: folia longa, angusta, acuta, croci folia referentia, sed breviora, & latiora: flos est semiflosculosus, plurimis scilicet semiflosculis constans, embryoni insidentibus, & calice comprehensis multifido, sed nequaquam squamoso,

scquammofo, in multas lacinias divifo, quæ ita longæ funt, ut ipfum florem recondant : embryo autem deinde abit in femen membrana feu involucro obvolutum, pappis inftructum, thalamoque affixum : crefcit in paludibus & locis aquofis, eft *Barba Hirci*; ex $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ Hircus, & $\pi\acute{\alpha}\rho\gamma\omega\varsigma$ barba. Nomen fibi adfcivit, quod è calycis fummo, floribus evanefcentibus, pappofa prodeat cæfaries, feu comofa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla fimilitudo. Vel ita vocarunt propter ramulos florum fetura racemofa amictos, in prælongas quafi comantes barbularum effigiatos, aruncos fpirillofque caprarum imitantes : candore niveo, puniceo, rofeoque colore intermixto, vifû & odoratu per jucundo. B. *Wohs-baard* / *Josephs-bloemen* / *mazgen-fer*. G. Bocks bart. Gall. *Barbe de Bouc*. A. Buckesbearde, goats beard.

TRAGÆE, non differunt à pulveribus, nifi quod tenuiffimè adeo Medicamenta, ex quibus parantur, haud terantur, & vel externè adhibentur corpori, appofitæ aut in fumum refolutæ; vel facculo lineo inclufæ in vino aut alio liquore detinentur, ut vires fuas liquori communicent. Aliquando tamen componuntur etiam ex fpeciebus Antidotorum, odoratifque aliis rebus & medicamentis fimplicibus in pulverem redactis, faccharo addito. In his conficiendis communiter capitur uncia una facchari, ad fingulas drachmas fpecierum, præfertim amariorum & minus gratarum. Fortè $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma\eta\tau\omega\varsigma$ à $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ Hircus, caper, lacte quippè caprino in infûla Rhodo educatus Jupiter : videtur dici quafi *Panis Jovis*. B. *Hoefhes*. G. Pfaffenfutter, kuchlein. Gall. *Dragées*. A. Cake.

TRAGEMA, idem quod *Tragæa*.

TRAGI, TRASI, vel TRASSI : vocatur & *Dulcichinum*, & *Ciperus* : eft nomen origine Italicâ.

TRAGIUM, vocatur Fraxinella : à $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ Hircus, quia Hircum olet.

TRAGOCEROS, eft *Aloë*, ob folia cornuformia, Hirci cornibus fimilia, à $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ Hircus, & $\kappa\acute{\epsilon}\rho\alpha\varsigma$ cornu.

TRAGOS, eft *Caprificus*; à $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ caper. Vide *Caprificus*.

TRAGOPYRUM, fic aliquando vocatur *Fagopyrum* : quafi Hirci frumentum, ex $\tau\epsilon\delta\acute{\alpha}\gamma$ Hircus, & $\pi\upsilon\tau\acute{\iota}\varsigma$ frumentum. Vide *Fagopyrum*.

TRAGORCHIS, est satyrion Hircidum vel caprinum: ex τραγος hircus, caper, & ὄρχις Testiculus.

TRAGORIGANUM, est origanum Hircinum. Non alia forsitan ratione sic dictum, quàm quòd ejus pabuli voluptate animal hoc caperetur, ex τραγος hircus, & origanum.

TRAGUS, seu Hircus est auris eminentia, quæ tempora spectat, posita sub Helicis exortu, erecta, formæ triangularis pilis aliquot hispida, in quibusdam densam hirci barbulam exprimens. B. *De bok.* G. Der bock. Gall. *Le Tragus, ou le petit bouton antérieur, qui est au dessous de l'extrémité antérieure du pli de l'oreille.* A. Buckle.

TRANSFUSIO, est deductio sanguinis vivi & in vasis animalis fluentis, ope tubulorum sibi continuatorum in vasa alterius animalis vivi; in scopum vasa inanita languentis animalis replendi, sanguinem mutandi, morbos curandi, vitamque longiorem ducendi; quod in majoribus animalibus, & ipsis hominibus, postquam circulatio sanguinis inventa fuit, sæpè tentatum est; aliquando felici, sæpè infortunato successu; vasa enim in uno animali suæ capacitati proportionatum liquidum continentia, non respondent robori, magnitudini &c. vasorum in alio animali; liquida pariter vel sunt nimis solida, crassa, & alterius indolis, vel nimis fluida, facilius resolvenda in uno quàm alio animali, adeoque, quod uno animali conveniebat salubre liquidum, in alio est lethiferum, atque hæret in minimis, obstructions irresolubiles excitat, vel si liquidum tenuius fuit, ex vasculis omnibus excretoriis effluit, neque viribus vitæ sustinendis par est; undè hæc medicinæ methodus jure exoluit. B. *Bloedbenging uyt 't rene dier in 't ander.* Gall. *Transfusion.*

TRANSPIRATIO, idem quod *Diaphoresis.*

TRANSVERSALES MUSCULI, primum par exhibet sese membranoso principio, ab ipsis tranversis lumbalium vertebrarum processibus, ossè item Ileum cartilagineo: præterea costarum confinio interius profectum, peritonæo subjecto inhæret, & ad eandem cum cæteris abdominis metam fertur. Alterum par cervici extendendo vel in posteriora flectendo destinatum, oritur à sex aut septem primarum vertebrarum processibus externis, & inferuntur exterius in omnes vertebrarum cervicis transversos

fos processus. B. **Zwers spieren.** G. Der zwerch-mauß.
Gall. *Muscles Transverses, ou Transversaires, ou Trans-*
versaux. A. Over Thwart Muscle.

TRANSVERSUS MUSCULUS HUMERI, idem
quod *Rotundus Minor.*

TRAPESIUS MUSCULUS, sic dictus à figura Geo-
metrica. Vide *Cucullaris Musculi* descriptionem.

TRAULUS & TRAULOTES, est blætitas, five vi-
tium in L & R pronunciando, à *τραυλιζω* balbutio. B.
Lisperde / een lisper of lisperaar. Gall. *Begayer.*

TRAUMA, vide *Troma.*

TRAUMATICA, sunt, medicamenta quæ in decoctis
& potionibus assumpta, serofos & acres humores seu fuc-
cos è corpore educunt, vel mitigant, sanguinemque ni-
mis torpidum movent, vel nimis motum retardant, nimis
fluidum inspissant; nimis crassum ita attenuant, ut in par-
tes vulneratas, ruptas vel contusas commodè propelli pos-
sit; & quibusdam partibus adstringunt, & detergent: hinc
videmus quod vulneraria medicamenta specifica nul-
la sunt, quæ in omni conveniunt ægro, verùm quod da-
to ægro accommodanda sunt pro ægri viribus, statu, &
liquidorum ac vulneris conditione: ista lapsis, contusis,
& vulneratis conducentia, *Vulneraria* nuncupantur, à
τραυματιζω vulnero. B. **Wund-middelen.** G. Wund artz-
nei. Gall. *Remedes Vulneraires.* A. Wound remedy.

TREMOR, Gr. *Τρόμος*, à *Τρέω* tremo, est motus con-
vulsivus minus vehemens, in quo contractiones & alter-
næ sunt & crebriores, sed non ita violentæ versùs princi-
pium, quare Motus convulsivus plus habet de convullio-
ne, at Tremor plus de motu ordinario. B. **Schuddinge /**
bevinge. G. Das zittern, schaudern, beben. Gall. *Fris-*
son, Tremblement. A. Trembling, Quaking.

TREPANATIO, est operatio Chirurgica, quâ Trepa-
no five Modiolo hominis viventis cranium perterebratur,
cùm vel fractum & intropressum fuerit cranium, vel spi-
næ ossæ abruptæ pungunt cerebrum, vel extravasatus
sanguis ex vasis ruptis, qui comprimit cerebrum, &c. ut
hæc cuncta ex foramine factò educi possint. B. **Trepane-**
ringen. G. Trepanirung. Gall. *Trepan.* A. Trepanation.

TREPANUM, idem quod *Modiolus.*

TRIANGULARE OSSICULUM, est illud os quod
iii 2 in

in Cranio inter futuram Lambdoidem & Sagittalem situm est; quod ad epilepsiam quoque conducere ferunt. Gall. *Os Triangulaire.*

TRIANGULARES MUSCULI, est aliquando unicus, sed non semper, à summo cubiti ortus, & circa medium ejusdem carnosus, angustoque sine desinens. Verum *Casseri* putat se invenisse duos parvulos, circa articulum cubiti exiles, & opposito modo incedentes, atque instar trochleæ pronum & supinum radium moventes. Sunt & alii Triangulares musculi, dicti Sternoides, sub sterno oriuntur è medio sternoides musculosi fasciculi, pro parte triangulari linea circumscripti, si oblique costarum extremis partibus ut & cartilaginibus quatuor, quinque & sex superioribus alligantur, cum intercostalibus tam indissolubili nexu sæpè cohærent, ut alterutrorum fasciculi sine laceratione separabiles non existant: imò verò, nunquam radiata solummodò intercostalium musculorum fibrarum vestigia longè ab invicem remota inveniuntur, atque hoc in casu, pleura sub sterno solito crassior reperitur. *B. Wozst-beens spier / dypkantige spier. G. Der brustbeins mausz, der dreischroetige mausz. Gall. Muscle Triangulaire; les Muscles Sterno costaux communement le Triangulaire du sternum. A. Idem.*

TRIBULUS, terrestris est planta, quæ habet caules semipedem circiter longos, repentes, rotundos, nodosos, villosos, rubicundos, in ramos divisos: folia pinnata Lenticulæ, incana, pilosa: flores sunt rosacei, plurimis scilicet petalis in orbem positis constantes, lutei: ex horum calice surgit pitillum, quod deinde abit in fructum, quodammodò cruciformem vel turbinatum, ex pluribus partibus plerumque compositum, muricatis, in capitulum collectis, & seminibus fætis, ut plurimum oblongis, in loculis nidulantibus: radix fibrosa; hæc planta crescit in pratis præsertim in regionibus calidis; dici volunt ἀπὸ τοῦ τριβῆν à *Terendo, Tundendo*, quòd attritum, tactumque non admittat; lædit enim ac pertundit, vel παρὰ τὸ τρίβειν, quòd molestus ac infestus sit, affligit enim & vulnerat tangentem. Vel dicitur quasi τρις βολαίς à *Triplici Cuspide*, ad similitudinem ferreorum muricum, qui forma trigona sunt, vel παρὰ τὸ τρις βάλλειν, quòd fructu suo tria vulnera infligat, vel quòd cuspidatum trifariam feriat. Malunt alii

alii à feminis triquetra figura tribulo bellico instrumento simili. B. *Engels / minub-pzrs / boet-angel*. G. *Wafser-nufz, weiher-nufz, stachel-nufz*. Gall. *Tribule*.

TRICA INCUBORUM, est plicæ polonicæ species. G. *Marenflechte, schreteleins zepff, maren læck, vel morenlock*.

TRICHIASIS, est ciliorum introreflexio; ita ut pili oculum pungant; quod fit vel phalangosi, vel cum alia pilorum succrescit series. Item Urina pilosa, cui ab humoribus pituitosis, pili innatare videntur, à *τριχίλος* pilus. Gall. *Trichiafe*.

TRICHISMUS, est fracturæ ossæ quædam species tenuissima, & veluti pilaris, plerumque juxta ossis longitudinem excurrentes, rimæ tenuis instar, ita ut sensum ferè effugiat, hinc etiam mortis aliquando causâ existit, quia se non facilè prodit, admodum dolorifica, & magnis cum symptomatibus: à *τριχίλος* pilus. B. *Hair-fcheur*. Gall. *Fente Capillaire* A. *Hair-cleft*.

TRICHOMANES, planta est, quæ plures parvos caules habet rotundos, fragiles, nigricantes, quibus adhærent folia minima obrotunda, leviter crenata, tenera, ordinatim disposita, in dorso habentia multa corpuscula minima, quæ microscopii ope apparent esse fructus hujus plantæ, in quibus occurrunt capsulæ sphericæ funiculo vi elasticâ donato instructæ, qui contractione suâ has capsulas semina minutissima includentes, aperit: radix est filamentosa, & nigra: hæc planta crescit in petris & muris juxta fontes & rivus; totâ hyeme viret, *Filicula, Capillaris, Polytrichum*, dici volunt, quòd fluentem capillum expleat, & subnasci faciat: *μακρόν* enim rarum vocant, & *τριχία* capillum: hinc quoque *Capillaris* vocatur. B. *Weder-dood / vrouwen-hair / steen-bzecke*. G. *Wieder-todt, stein-brech, abthon*. Gall. *Politric*. A. *Maydenhair, Venus golden locks*.

TRICHOPHYLLON, sunt plantæ cujus folia capillorum similitudinem habent, ut fœniculum, corallina &c. ex *τριχίλος* capillus, & *φύλλον* folium.

TRICHOSIS, idem quod *Trichiasis*.

TRICOCCOS, est Mespili fructus, sic vocatus à tribus nucleis quos continet, à *τριχίλος* tria, & *κόκκος* nux, bacca, granum.

TRICONGIUS, est mensura octodecim sextariorum.

TRICUSPIDES VALVULÆ, sic vocantur tres membranulæ, figurâ tricuspidae, variis lacertulis præditæ, ante ostium venæ cavæ in Corde locatæ, sic sitæ ut sanguinem ex vena cava quidem admittant in Cor, non verò remittant; sed à sanguine ex Corde contracto egredi conante explicantur, viam omnem intercipiunt, undè in arteriam pulmonalem solam impellitur. B. *Driepuntige Klappbliesen.* Gall. *Valvules Triglobines ou Tricuspidés du ventricule droit du cœur.*

TRIENS, est tertia pars libræ medicinalis, continens uncias quatuor. Continet quatuor cyathos.

TRIFOLIUM, est planta, quæ caules habet sesquipedem circiter altos, tenues, rotundos aliquando parùm lanuginosos, quosdam rectos, alios repentes: folia ternâ, rarò quaternâ aut quina, nunc rotunda, nunc oblonga, acuta, villosa, interdùm spiculatis lineis albis notata, nunquam obliquis candicantibus striis virgata: flores sunt exigui, albi, papilionacei, simul cum ovario vagina simbriata obvoluti, in spicam congesti: ovarium sit capsula calice recondita, & sæta semine ut plurimum reniformi, rubicundo, per maturitatem arètè adhærente capsulæ: radix parva, fibrosa, tortuosa, lignosa, alba: hæc planta crescit in pratis. Gr. *Τριφύλλον*, planta vocatur à tribus, quæ habet, foliis. Ejus sunt in pratis variæ species. B. *Maabr.* G. Klee. Gall. *Trefle des Prez.* A. Trefoil.

TRINITAS, idem quod Trifolium: à tribus nempe foliis. *Viola Tricolor* etiã vocatur *Trinitas*, ob tres diversos colores.

TRIOBOLON, est pondus drachmæ dimidiæ, sive trium obolorum.

TRIORCHIS, est Satyrion species, quæ non duabus, sed tribus testiculatis radicibus in terra nitatur, ex *τρίς* tres, & *ὄρχις* testiculus.

TRIPHYLLON, est trifolium, à tribus foliis sic dictum, ex *τρίς* tria, & *φύλλον* folium.

TRIPLOIDES, est instrumentum Chirurgicum, sic ob triplicem basin, *Trioides* dictum, in usu fuit si Cranii depressio tam magna est, ut cæteri vectes, ob infirmitatem, non sufficiant. B. *Drievoetig hef-tuig.*

TRIPOLIS, vel Terra Tripolitana, est substantia terrea,

rea, facillè friabilis, coloris citrini intensi, saporis adstringentis, eruta ex fodinis. B. *Crppel-stern*. A. *Englischoker*.

TRIPOLIUM, est Asteris species; dictum quod ejus flos ter de die colorem mutare perhibetur: ita ut manè candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur: idque fortè, cum flores omnes non simul, sed particulatim & sensim floreant, & perficiantur, facillè contingit, tres florum colores conspici incipientium, completorum & deficientium, ex *τρις* ter, & *πολέω* muto, verso. Sed alii, quasi dicas ter caesum seu canescens: *πολιος* Canus est. B. *Zee-sterre-kruid* / *blauwe hamille* / *blauwe madelieven*. G. Meer-sterne-kraut. Gall. *Espargoute de Mer*. A. Sea-star-wort.

TRIPSIS, est contritio, sive contusio, à *τριψω* tero.

TRISMUS, est dentium stridor: sive convulsio violenta & invita musculi Temporalis & Masseteris, quâ dentes tam validè contra se invicem contrahuntur, ut ad minimum motum obliquum supra se invicem, exterius vel interius per musculos pterygoideos factum, sonus acutissimus oriatur & ingratus auribus, qui stridor vocatur, à *τριζω* strido. B. *Innersinge der tanden*. G. Das knirschen der zähne. Gall. *Grincement des dents*. A. Grinding of the teeth.

TRISSAGO, & **TRIXAGO**, vocatur Scordium, & ob similitudinem cum Trixagine, sive Chamædri, Trixago vocatur.

TRITÆOPHYES, est febris continua remittens, quæ tertio quoque die exacerbatur, ex *τριταίος* triduanus, & *φύω* cresco. B. *Een geduurige anderendaagsche koors*.

TRITÆUS, idem quod *Febris tertiana intermittens*.

TRITICUM, est planta, quæ plures habet caules vel culmos quatuor vel quinque pedes altos, satis crassos, rectos, per intervalla nodosos, excavatos, foliis quibusdam longis, angustis instar graminis instructos: flores sunt hermaphroditi, apetalii, constantes staminibus masculinis, simplicibus, ferentibus suos testiculos tenues, gracilesque; intra hos positum est ovarium binis, recurvis tubis instructum: utraque hæc defenduntur binis foliis petaloidibus, sæpè aristatis, per appendicem longam, acutam, gracilem, jam pilosam, alias glabram; cinguntur rursus

duobus foliis cavis carinatis calicis vicem præstantibus : sustentantur hæc uno pedunculo , qui cum aliis accretis uni axi facit spicam densam : semina sunt magna , oblonga , gibba , unâ parte sulcata , extûs coloris flavescentis , intus albi , farinosa , nutrimenti optimi : radix tenuis , filamentosa : est frumentum , dictum , quod ex spicis fit tritum , vel , quod trituræ destinatur. Gr. *πυρός* & *πυρόν* quasi *σπυρόν* vel *σπορόν* , ἀπὸ τοῦ σπείρειν seminando dictum volunt , vel nomen habet ab acutie , aut à similitudine , quam cum nonnullorum fructuum granis , vel Gygartis habet , quæ *πυρίαι* dicuntur , vel *πυρός* à flavo rutilantique igneo colore ac fulgore , dicitur & *σιτόν* ; cibus , quæ vox omnibus Cerealibus convenit. B. *Carw* / *terwe* / *weit*. G. Weitzen. Gall. *Froment* , *Blé*. A. Wheat.

TRITORIUM , idem quod *Infundibulum*.

TRITURATIO , est contusio , quâ medicamenta in pulverem rediguntur , ut eo aptius cum aliis misceri , vel virtus eorum extrahi possit.

TROCHANTER , idem quod *Rotator*.

TROCHISCI , est medicamenti interni & ficci genus , nempè sunt rotulæ seu orbiculi signati : fiunt ex pulveribus cum mucilagine exceptis , & in pastam redactis , ex qua orbiculi in umbra siccandi formantur , à *τροχός* rota , vocantur item *Pastilli* , *Δακτύλιοι* Hippocr. ab annuli specie , *Ἀγροίκις* , quòd panem referat , *Κοκλιοκός* à circuli figura. B. *Kuechjes*. G. Kuechlein , trozischten. Gall. *Trochisques*. A. Troches.

TROCHLEA , vide *Bathmis* , & *Trochlearis Musculus*.

TROCHLEARIS MUSCULUS , est Musculus oculi obliquus superior , sive major , & omnium tenuissimus , habens tendinem longissimum , oculum circumagit ad angulum internum : nam communi principio , cum primis quatuor ortus , ad internum angulum recta fertur , ibi per trochleam cartilagineam intra anteriora orbitæ sitam transit , & recto angulo ascendit ad eum locum , ubi quintus inferebatur. Dicitur *Trochlearis* , quia quasi per trochleam circumrotatur , quæ trochlea cartilago est in oculo propendens , sita ad os Maxillæ superioris juxta internum oculi angulum. Hic cum altero obliquo , *Amatorius* appellatur. *Trochlea* venit è *τροχός* torqueo. B. *Katrol* / *spier*. G. Der rollen-maufz. Gall. *Muscle supérieur de l'Oeil* ,

Oeil, ou le Muscle Trochleateur. A. The Pully Muscle.

TROGLODITICA MYRRHA, est ea quæ optima est, & in Trogloditi patria nata. Vide *Myrrha*.

TROMA, est vulnus, à causa externa inflictum, à *πρόσχω* vulnero.

TROMBOSIS, est coagulatio lactis, vel sanguinis in corpore humano. Vide *Coagulatio*.

TROMOS, idem quod *Tremor*.

TRUNCUS, dicitur illa pars arteriæ magnæ & venæ cavæ, quæ descendit à corde ad vasa iliaca, verum hoc in genere; verum specialiter attribuitur ramulis majoribus, qui è trunco magno emittuntur ad viscera speciatim, ut truncus splenicus, hepaticus &c. B. *De Stam.* G. Ein Stamm. Gall. *Le Tronc.* A. The Trunc.

TRUNCUS, est totum animalis corpus, exceptis capite & artubus adhaerentibus. B. *t Uyp/ romp.*

TRYPANUM, idem quod *Modiolus*.

TRYSMUS, vide *Trismus*.

TUBA EUSTACHIANA, est canalis amplus, tenuiorem calanum scriptorium admittens, apertus, ad palati extrema vel narium posteriora tendens, ortus à tympani parte anteriori & inferiori, propè tympani membranam, principio ampliori, patente, elliptico, mox iterum sensim coarctatur perfectè tubæ instar, sic conum ellipticam basin habentem referens, obliquè deorsum versùs interiora, inferiora, anteriora delatus, ante canalem osseum arteriam carotidem internam continentem situs, post trium circiter vel quatuor linearum progressum in plures partes inæquales, rupta quasi spatia efficientes, desinit, hætenus osseus est, & ossi petroso insculptus, sensim interim in circulum mutatâ ellipsi. Huic apponitur dein canalis alius, priori continuatus & similis, sed eo duplo longior, angustus admodum in suo principio, multoque angustior quàm est canalis osseus (tota enim tuba eo in loco quasi arcuore sulco excavata videtur) sensim dilatatus, hinc etiam conicus, inversus, tandem ad finem multò rursus, quàm est ossea pars, amplior, constans partim substantiâ cartilagineâ, respiciente occiput, & constituyente partem superiorem, lateralem, posteriorem pro majori, lateralem anteriorem pro minori parte, & maximam partem labrorum orificii, partim membranacea, respiciente foramen

auris, constituenta & absolvente reliquum tubæ partem, sic supplente cartilaginis defectum. Denique cartilaginea hæc pars, ad extremum tubæ finem præcipuè verò ad posteriora latescens, expansa, in crassata, reflexa, constituit marginem semilunarem, cartilagineum, robustum, extuberantem, cornua sua in interiora narium procurrentia habentem, formantem labra orificii ampli, patuli, elliptici conniventis, nunc aperti, nunc iterum valvula hac cartilaginea (quæ fini tubæ quasi janitor præfecta videtur) adducta claudendi, eaque semper muniti, quo tandem totus hic canalis definit ad latus internum aë internæ perigoidei processus ossis sphænoïdalis, à latere foraminis postici narium, supra palatum mobile, velum pendulum palatinum vulgò dictum, ubi supra uvulæ basin terminatur. Hujus necessariam existentiam primus intellexit Aristoteles, dixit enim, quòd ex aure in oris palatum usque semita pertendat: ut &, quod Alcmaeon capras aliquando auribus spirare, observaverit: cæterum veteribus incognitus, ab accuratissimo Eustachio inventus & descriptus, à *Stenone, du Verneyo*, multisque aliis, præsertim Gallis Aquæ ductus vocatur; sed ad evitandam confusionem cum Aquæ ductu Fallopii, cum quo à multis docente *Schelhammero* passim confunditur, nomine à similitudine inventorisque cognomine desumpto, & à *Valsalva* excogitato, Tuba Eustachiana potius appellandus. B. **De Trompet van Eustachius.** Gall. *La Trompe d'Eustachius.*

TUBA UTERI, idem quod *Tubæ Fallopiæ.*

TUBÆ FALLOPIANÆ, sunt duo canales ferè conici, tortuosi, membranosi, ex binis superioribus foraminibus uteri exeuntes, utrinque unus, ex angustatata capacitate circa matricem sensim dilatati, in hemicyclos cellulosos flexi, VI.VII. vel quandoque VIII. circiter digitos longi; horum amplitudo circa medium ferè parvum digitum æquat: pervii sunt, si enim per tubulum in eorum principium immissum flatus versùs extremitatem propellatur, per eam illicò erumpet, quod in omni animalium genere semper observavit Graafius: extremitas utero juncta & in ejus cavum hians minima est, fetam enim tantum aut stylum tenuem transmittit; at in progressu sensim dilatatur, & circa medium latissima: altera verò extremitas

tas in abdomine fluctuans quartam solummodò digiti auricularis crassitie partem admittit, simbrisque multis muscularibus ornata est, ovario, quando opus est, se applicantibus. Tubarum substantia membranacea est, duplicique constant membranâ, quarum interna originem habet aut saltem communis est cum illa quæ internam substantiam uteri cingit, hæc glandulosa est, intusque rugosa, & lubrico humore imbuta: externa verò membrana communis est cum ea, quæ externam uteri substantiam obvelat, estque propè uterum crassior: vasa copiosissima corpus cavernosum intra membranas earum efficientia, ut erigi sive rigidæ reddi queant, quando ovario applicandæ; à quibus etiam humectantur: si diligenter aperiantur & dilatentur, tubæ cujusdam æneæ extremum orificium expriment. Usus est, ut ova à testibus recipiant, & in uterum deferant, secundum Doctiss. *R. de Graaf*: ex inspectione cuniculorum &c. Nunc hæc veritas manifesta est. *B. Trompetten / eper-leiders. G. Fallopianische mutter röhre. Gall. Trompette de Fallope. A. The Fallopian pipe or duct.*

TUBERCULA, idem quod Phymata.

TUBEROSA, est Hyacinthus Indicus tuberosus, flore Hyacinthi orientalis: nomen à tuberosa radice ab Italis datum. Vide. *Tuberosæ*. Tuberosa etiam dicitur radix, quotiescunque veræ radici, quæ in medio est, multa undique & magna satis adnascuntur tubera, quæ perperam vulgò pro radice partibus habentur, quum potius gemmarum species dicendæ sint, novam enim (ut certis constat exprimentis) plantam in se continent, imò propriis fibrosis, undè nutriuntur, gaudent radicibus ab inferiori parte sibi appositis, ut in *Asphodelo* & *Pæonia* observatum fuit: hyeme verò perit omne plantæ capillitium, & remanent sola cum crassioribus radicibus tubera, quæ sequenti anno germinant: sic ratio in promptu est, quare radices officinales, quæ eo modo constructæ sunt, hyeme, saltem antequam vigere incipiant, effodi & colligi debeant, quia tunc scilicet radix totam jam futuram plantam, omnesque ejus vires concentratas & collectas continet, quæ radicem deinceps pro maxima parte destituunt, & per omnes plantæ partes disperguntur.

TULIPA, est planta, quæ habet caulem unicum, rotundum.

tundum, medullosum, duobus vel tribus foliis longis, latis, crassis, duris, in margine undosis, acutis, instructum: flos est liliaceus, hexapetalus, formâ quodammodo urcei, nudus, in fastigio caulis, unicus, erectus, sex staminibus præditus: ovarium, quod fit fructus oblongus; trifariam dehiscens, in tria loculamenta divisus, feminibusque sætus planis bino ordine sibi incumbentibus: radix est bulbosa interdum brevior, nonnunquam oblongior, crassa, foris vel flavescente vel magna ex parte, nigricante membranâ obducta, quæ internâ parte lanuginosa est, castanearum corticis instar, aliquando autem adeo densa tomento plena, ut mollissimè recubet bulbosus, qui solidus est, firmus, & velut albumen ovi coctum candidus, gustanti dulcis, saltem non ingratus: nomen accepit à Pili Sclavonici similitudine, qui Turcis dicitur *Talipant*, *Dulpant*, *Dublent*. Hunc pileum videtur hic flos forma exprimere. B. *Tulp*. G. & Gall. *Tulipe*. A. Tulip.

TULUS, idem quod *Callus*.

TUMOR, Gr. *ὄγκος*, *ὄδνημα*, est Morbus quo partes humani corporis præter solitum modum ampliantur, & extenduntur, per affluxum plurium liquidorum, vel concretionem solidorum, ita ut destinatam operationem perficere, ut par est, nequeant. B. *Geu gezwel*. G. Schwulst, geschwulst. Gall. *Enflure*; *Tumeur*. A. A Swelling.

TUNETANUS FLOS, est Flos Africanus aurei coloris, sic dictus, quod in regione Africæ Tunetensi crescat. Hinc *Cheunis* / & *S. Anthonis bloem*.

TUNICA, inter vegetabilia est tenuis cortex & veluti membranaceus, quo vel arbor, vel radix investitur. Sic capæ folliculis est tunicatum.

TUNICA, est Betonica, detractis duabus litteris prioribus: eo nomine etiam veniunt flores caryophyllei: forte ob odoris florum similitudinem.

TUNICA, idem quod *Membrana*.

TUNICA CORNEA, vide *Cornea Tunica*.

TUNICA RETIFORMIS, vide *Retina* & *Amphiblestroides*.

TURBITH, seu **TURPETUM**, putatur esse radix purgans alicujus convolvuli Indici, quæ vario, longoque reptatu ad tres quatuorve cubitos ascendit. Radix pollicem & amplius crassa, lignosa, in aliquot ramos *divisa*,
cras-

crasso fuscoque cortice tecta, qui ruptus, stillat succum lacteum, glutinosum, & pallidè flavescens resinam, illic concretescentem. Folia habet althææ, floremque monopetalum convolvuli vulgaris magnitudine, & forma candidum. Adfertur nobis ex Guzarata, Canara, Goa, Cambaja, Dio insula, Bacia &c. in officinis eligitur non cariota, intus alba, & resinosa. Fortè species erit scammonii, cujus radix etiam resinosa, & ejusdem indolis: aliqui à turbando deducunt, quòd propter magnam violentiam, purgando corpus turbet. B. *Turbit-wortels*. Gall. *Turbith*.

TURBITH MINERALE, seu TURPETHUM MINERALE, est pulvis flavus ex Mercurio præparatus. Gall. *Turbith-mineral*.

TURBO, inter vegetabilia dicitur quidquid ex acumine tendens in amplius spaciatur. Hinc turbinatum, quod ex angusto continenter in latius prodit. Sic turbinata conspicitur pyrorum forma. Permulta etiam herbarum folia in mucronem turbinantur. Gall. *Ce qui va en pointe*.

TURGESCENTIA HUMORUM, idem quod *Orgasmus*.

TURIONES, sunt teneritates summitatum ipsarum arborum, quæ singulis annis crescunt.

TURPETHUM, vide *Turbith*.

TURRITIS, TURRITA, est Nasturtii species; five planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, oblonga, villosa, sinuosa, repentia; caulis ex his nascitur solidus, rotundus, habens folia exigua, acuta, instar acetosæ, sine pediculis: flores in fastigium turris instar assurgentes, exigui sunt, albi, quadrifidi, cruciformes: flori succedit filiqua compressa, continens semina exigua, rubicunda, saporis acris: radix est fibrosa, alba: hæc planta crescit in pratis, sic dicta, quòd caulis ejus se turris in modum erigat.

TURUNDA, idem quod *Turundula*.

TURUNDULA, seu TURUNDA Varr. *Linamentum* Celsò, *Pannus Colum.* *Μορίς*, *Εμμορον*, est linteum concerpum, quod unguento illitum, ulceribus imponitur. B. *Gen wieke*. G. Die wiecken, turundlein. Gall. *Turonde*, *Charpie*, *Tente*. A. Idem. *Turundula oblonga*, B. *Waspittel-stokken*.

TUS,

TUS, idem quod *Thus*.

TUSSEDO, idem quod *Tuffis*.

TUSSILAGO, est *Farfara*, est planta, quæ plures habet caules tenues, qui in summitate habent florem radiatum, citissimè caducum, cujus discus ex flosculis corona ex semiflosculis componitur, embryonibus infidentibus, & calice multifido comprehensis: embryones postea abeunt in semina pappis instructa: flos ante folia mense Martio vel Aprili erumpit: radix est saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius: folia ex radice erumpunt magna, ampla, angulosa, circularia ferè, supernè viridia, infernè alba: crescit in locis humidis, quòd hæc planta tussitentibus medeatur, appellationem habet. B. *Hoffblad / paardse-hlaum*. G. *Kofz-huff, brand lattich, hufflattig*. Gall. *Pas d'Asne, Tussilage*. A. *Colts-foot, Fole-foot*.

TUSSIS, Gr. *βῆξις à βῆρω*, tussio. Est motus convulsivus musculorum & motricium fibrarum, quibus respiratio peragitur, ita ut exspiratio variis vicibus interrupta, iterumque repetens, aërem expellendo è pulmonibus, & repellendo contra latera ramorum Asperæ arteriæ, tandem post aliquot ictus, & nisus cum sonitu graviore, vel acutiore, non sine vi, & sæpè humoris vel phlegmatis excretionem peragitur: hinc ex tussi perindè ut in sternutatione concussio corporis fit, adeò ut in vehementiore tussi non levis labor fit, & motus suffocationis, ideòque facies & oculi rubore & livore afficiuntur, atque à tussi aliquot horas durante identidem, repentinè vires admodum franguntur, & venter, pectus atque caput dolore affliguntur, præsertim in *Sicca tussi*; aliquando etiam vomitus subsequitur, aut ex illa concussione viscerum, Hernia in inguine, vel umbilico fit. Verùm Tussis comitem agit in Asthmate, Pleuritide, Hydrope, Empyemate, vulneribus pectoris, malo Hypochondriaco, Hæmoptoë, gravidine, phthisi &c. Dividitur in *Tussim siccam* in qua nihil, vel parùm excernitur, uti omnis tussis in Principio est. In *Humidam* in qua sanguis, pus, pituita vel tenuis liquor excernitur, sed ea ex accidenti fit. In *Nocturnam* & *Infantium convulsivam*, quæ & etiam ex accidenti est. Dicitur quoque *Tussedo*. B. *Den hoest*. *Sicca* dicitur *Kink-hoest*. G. *Der husten*. Gall. *La Toux*. A. *Cough*.

TUTIA, sive **CADMIA FACTITIA**, est corpus densum, ex fuligine aris, dum in fornace conficitur, concretum, adhaerens lateribus, camerisque fornacum, vel & in partem infimam delabens. Triplicis id fit generis, nominibus à re, quam repræsentare videtur, sumptis. *Botritem* appellant, quæ uvæ speciem refert: *Ostracitem*, quæ testis similis est: *Placitem*, quæ crustis. *Botritis* reperitur in fornacis parte media. *Ostracitis* in infima; *Placitis* in editiore. Sunt qui *Capnitem* & *Calamitem* addunt. *Capnitem*, quæ in ipso fornacum ore reperitur, tenuissima, exusta & nimia tenuitate simili favillæ. Verum hac à Pompholige vix vel parùm differre videtur. *Calamitem* vocant, figurâ calami, quam à pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur hac à ferreis perticis, quibus cadmia, dum æs fufum iis agitatur, adhærescit. Optima est *Botritis*, densa, modicè gravis & in lævitatem magis inclinans, racemosâ facie, quæ fracta cinerulenta est. Vulgò in officinis dicitur *Tutia*, vel *Cadmia Græcorum*. Gr. *Καδμεία*. Arab. *Chimia*, vel *Chimia*. B. *Tutie / niet / kleime / oogriet*. G. *Augen nicht, huettenrauch*. Gall. *Tutie*. A. *Tutty*.

TYLOMA, idem quod *Callus*.

TYMPANIAS, idem quod *Tympanites*.

TYMPANITES, **TYMPANIAS**, *Aqua intercus sicca*, est tumor abdominis fixus & constans, æquabilis, durus renitens, & à pulsione sonitum edens, plerumque in fastigium assurgens, absque gravitatis multo sensu; oriundus ex paralyfi partis Intestini, & à flatu intercepto summo perè dilatati: vel ab humoribus in abdomen exhalantibus, non resorbis, sed putrescentibus, & aërem sic ex se veluti generantibus; vel à vermibus peredentibus Intestinorum tunicas, undè aër tum abdomen intrat, calore expanditur, & tumorem excitat; dicitur quoque *Hydrops sicca*, à *τυμπανίζω* tympani instar sono. B. *Trommel-water / wint-water / wint-zucht*. G. *Windig-wasser-sucht, trocken-wasser-sucht*. Gall. *Hydropisie Tympanite*. A. *Tympany*.

TYMPANI MEMBRANA, ita dicta, quia subjectæ cavitati tympani nomine insignitæ superinducta est, sita ad finem meatûs auditorii, quem terminat, claudit, à tympano separat, & sic aërem internum ab externo hic loci

loci secludit, & corpuscula quæcunque per aërem voltantia, infecta, cæteras aëris externi injurias, & similia ab interioribus arcet, & ita tandem apprimè defendit: situs ejus non perpendicularis, sed valdè obliquus, ita ut ad superiora meatus inclinet, ab inferioribus excurrat, hinc ad superiora & posteriora obtusum, ad inferiora & anteriora acutum cum meatu angulum format, sic auget superficiem plus, quàm si ad perpendicularum apponere-tur, hinc locum facit ampliorem pluribus radiis sonoris incurrentibus, inprimis autem efficit, ut incurrant radii præcipuè in medium hujus membranæ centrum, ut sic facilius & validius tremat. Accipit sic etiam figuram ellipticam, quæ aliàs esset circularis, ut in Leone & Fele testante *Perraulto*; estque sua circumferentia elliptica infixâ fulco cuidam paris figuræ, parietibus meatus ossis ad marginem internam insculpto, non integram ellipfin absolventi, sed in supræmâ suæ peripheriæ regione paululum deficienti, qui idem est cum crena, parti internam annuli, jam descripti, in fætu & junioribus incisa, satis profunda, ampla, tympani membranam excipiente quæ cava est à parte meatus auditorii, convexa à parte ossis petrosi: est hæc membrana in omnibus junioribus, adultis, senibus, etiam brutis quibuscunque, semper integra, nunquam foraminulenta, aut etiam quodam aperto & naturaliter patente foramine pertusa; sed ablato musculo mallei externo, verum foraminulum ibi adest, oritur enim ille extra tympanum, ut illud intret, transit inter os & membranam tympani ad superiora, ubi annulus in fætu, in adultioribus meatus auditorius finis deficere observatur, hinc dictam membranam ibi quasi perforat, undè hoc ablato foramen conspici debet, & naturaliter musculo transeunte, nullum adesse debet, sed in quibusdam casibus verè morbosis, laxatis partibus, locus ille magis dilatatus & ampliatus esse poterit, & sic satis faciliè fluidam materiam, præsertim pressam transmittere. Membrana hæc est tenuissima, hinc pellucida, etiam minimè aspera, undique foris ac intus lævis, polita, interim tamen non ex una simplici, sed ex tribus distinctis lamellis, sibi invicem applicatis, unitis, connexis, ut in fætu optimè patet, constans: dum cutis meatum auditorium investiens, sensum tenuior facta, ad finem meatus tenuissima, det lamellam externam

externam attenuatissimam, meatus cavum respicientem; cui internè similiter applicatur lamina admodum tenuis, tympani cavitatem spectans, quæ duræ matris, in tympani cavum protractæ, illudque intus obvestientis, propago est; inter quas binas intercepta est cellulosa quædam substantia, flatu immisso detegenda, & in cavernulas elevanda, collapsâ laminam membranaceam tenerrimam referens, nullam unquam pinguedinem continens, à membrana cellulosa, meatum investiente, & sub cute hærente, hic protracta, expansa, oriunda, vasculosa admodum, dum extremæ lamellæ vix vasa habent, accipiens, transmittens, ordinans, vasa arteriosa & venosa, hic elegantissimo, & singulari reptatu, prorsusque diverso ab eo, qui in aliis partibus, etiam in membrana tympani cavum obvelante, conspicitur, dispersa, dum ramulus arteriæ carotidis externæ, ut ipsa vasorum artificiosa repletio docet, accedens ad malleum, secundum ejus manubrium pergens, ad centrum tympani membranæ delatus, emittat undique numerosos minimos, arteriosos ramusculos, à centro ad peripheriam radiorum instar distributos, & sic densissimâ ramificatione totam membranam stelliformi decursu perreptantes. Hæ tres lamellæ ad dictam crenam pertingentes, eam ingrediuntur, ejus substantiæ officæ annectuntur, in sulco firmantur, inde iterum emergunt, sibi invicem applicantur, uniuntur, concresecunt, & sic membranam tympani formant, quæ per totum annuli intermedium spatium extensa est, sic cum externa & interna aure quam maximè communicans, & simul ab hac compositione plurimum roboris accipiens. B. *Het trommel-blicke*. G. *Das trummel hæutlein im ohr.* Gall. *Le Tympan de l'Oreille*. A. The drum of the ear.

TYMPANUM, est cavitas ponè tympani membranam versùs interiora, temporalis ossis parti petrosæ insculpta, ampla, lata, cæteris cavitatibus, in eodem ossè petroso etiam reperiundis, major; habens superficiem asperam & inæqualem admodum, cavernulis, eminentiis, sinibus, foraminibusque maximè interruptam; hinc sortita figuram valdè irregularem, ad ellipticam tamen optimè accedentem; parte suâ anteriori clausa membrana tympani; per sinuositatem mastoideam, in parte posteriori & superiori tympani sitam, communicans cum mammillaris ossis tem-

porum processus cellulis multis, magnis, amplis, cavis, in se invicem patulis, in infante recenter nato non inveniendis, sensim cum tempore formati, tympani cavo unitis, illudque quam maximè augmentibus, ampliatis, complentibus, hinc ab eo non distinguendis, præsertim cum in iis animalibus, in quibus hi cancelli non adsunt, ipsa tympani cavitas multò amplior observetur. Hujus autem cavi interna facies tota obducta est membranâ quâdam tenui, tenera, à dura matre, per commissuram inter os temporale, & partem petrosam occurrentem tympanum ingrediente, ibique sese expandente, suppeditata; hinc falsò à Vesalio, aliisque, pro nervi auditorii expansione habita; cavernulas mastoideas etiam ingrediente & investiente, sic verum periosteum hic efficiente; ditata interim vasculis arteriosis quam plurimis à carotide duram matrem perreptante oriundis, mirabili & prorsus singulari reptatu hic distributis, ut artificiosâ horum vasorum repletionem detexit primo dexterrimus Ruyschius: hæc vascula videntur ex ultimis suis ramulis per fistulas minimas laterales emissas, nullo mediante glanduloso folliculo in cavum tympani hiantes, ibidem eructare liquidum tenuissimum, aqueum, ad membranam omnia investientem irrigandum, humectandum, obliniendum, laxandum. Tympanum dicitur hæc cavitas ob aliqualem cum bellico hoc instrumento similitudinem, ab aliis Concha interna (sed minùs rectè ob confusionem cum Cochlea externa & vestibulo, quod quidam etiam concham vocant. B. *De trommel.* Gall. *La Caisse du Tambour*, le *Tympan*.

ΤΥΡΗΑ, seu ΤΙΡΗΑ, est planta palustris, quæ habet plerùmque caulem unicum, rectum, politum: folia longa, angusta, crassa, spongiosa, subdulcia, quædam ex radice, alia ex nodis caulium erumpentia: flos mas, foliis staminibus nudis, valdè pulverulentis constans, flores in gracilem densè compacti congeruntur spicam: ovaria in spicam densissimam composita hærent sub spica priori, sunt tenuia, multisque instructa filamentis: utraq; spicæ in formam clavæ per eandem continuatam longitudinem porriguntur: radix repens, internè albissima, saporis insulsi: à τῖφῶ palus, locus uliginosus. B. *His. dod.* de/ donsen/ dullen/ polsen/ papen-hul/ zots-hap. G.

G. Kolben rohr, narrenkolben, liez-knospen. Gall. *Masse*. A. Cattys-tayle, Reede Mafe.

TYPHODES, est febris symptomatica continua & ardens in qua primo statim die ægri copiosè sudant, sudore ipso parùm aut nihil allevante; hinc sudorifera vocatur; velut ab inflammatione viscerum, ex τύφω fumus & εἶδος forma.

TYPHOMANIA, est delirium cum phrenesi, & Lethargo, ex τύφω incendo, effero, & μανία furor. Vide *Coma Vigil*.

TYPHONIA, idem quod *Typhomania*.

TYPUS, sive **PERIODUS & CIRCUITUS**, est ordo febrium, constans ex intensione & remissione, à τύπος verbero, tundo.

TYRIA, idem quod *Ophiasis*.

TYRIASIS, idem quod *Elephantiasis & Satyriasis*.

TYROIDES, vide *Thyroides*.

TYROSIS, est quando lac comestum, in materiam caseosam coagulatur, à τυρός caseus. B. *kaag-achtigheid*.

V.

VACCARIA, est planta in pratis proveniens: fortè nomen à vacca, quod à vaccis adametur. B. *Deurwas / Deur-blad*. G. *Durchwachs*, bruchwurtz. Gall. *Perfoliate*. A. *Thorouw-waxe*, Cow basil.

VACCINIA, **VACCINIUM**, sic vocatur viola, quæ nomen habet ab Io, quæ in vaccam mutabatur: atque Io significat vaccam, undè Vaccinia illud nomen sibi etiam adscivit uva urfi, sive Myrtillus: idque à baccis *Baccinia*, & mutato. B. in *V. Vaccinia* manet. Vide *Viola*.

VACUATIO, vide *Evacuatio*.

VACUI DIES, sunt, quibus rarissima & imperfecta ac mala crisis plerùmque contingit: iique sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18; quibus nonnulli addunt 22. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 35. 38. 39. Hi Medicinales appellantur, quod in his medicamenta exhiberi possint, verùm illi dies hic loci non observantur tam exactè.

VAGA ARTHRITIS, vide *Arthritis Vaga*.

VAGINA UTERI, dicitur & *Matrix*, uteri ostium, uteri cervix, Αἰδίον, Γαυαρτίον, Κέλπη Γαυαρτίου. Est